

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Annalium Gemma Authore Hasan Aga, Sigilli Custode  
Kupurli seu Cyprij Ahmed Bassa, Supremi Vizirij Mehmed  
Quarti Moderni Turcarum Tyranni - Cod. Rastatt 94**

**Aga, Hasan**


**[S.l.], 1680**

[urn:nbn:de:bsz:31-301534](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-301534)



Rastatt 94















ANNALIVM  
GEMMA

Authore

Hasan Aga Sigilli Custode Kupurli seu Cyprii  
Ahmed Bassa, Supremi Vizirij Mehmed  
Quarti Moderni Turcarum Tyranni.

In qua, hic dicti Ahmed Bassa in Hungaria, et in  
Insula (reta continentur gesta.

Imperante Maestate

LEOPOLDI PRIMI  
Romanorum Imperatoris.

Ex  
Turc: Arabico: Persico Idiomate in latinum  
translata, et diversis notis, et reminiscen-  
tijs illustrata.

Joanne Baptista Podestà Imperatorie Maie-  
stati in Linguis Orientalibus à se  
ceteris.

Anno Salutis reparatae 1688



MVLTIVM

GEMMA

Longum iter est per precepta, breue.  
et efficax per exempla. Sen. Epist. 6.

maius res anterior posteriori normam  
preministravit. Tert. adu. Marc. i. c. 10.

PRIMI

PRIMI

2  
2  
Augustissimo, Potentissimo, Inuictissimorum  
Romanorum Imperatori

# LEOPOLDO I<sup>o</sup> Caesari

Principi, ac Triumphatori, ac Triumphatori  
Semper Augusto, Patri Patriae Vigilanti-  
ssimo, et Salutis Publicae Conservatori,  
Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalma-  
tiae, Croatiae, et Sclauoniae Regi, et  
Archiduci Austriae

Principi, ac Domino Domino mihi  
Clementissimo.

Romanicae Gentis sub felicissimo Maiestatis  
Vestrae Imperio, et in Cannoniis, et in In-  
sula (recta gesta, stylo Turc. Arabico. Persi-  
co conscripta, a me pecuniaria ut ex Archi-  
uis medicis supremi Vizirij Turcarum Cara-  
Mustapha Bassae, dirigente Islamitici cuiusdam  
Sani Antistite, furtim, et clam extracta, et a

diuicis (ob temporis penuriam) per partes de-  
scripta scribis, et demum à Virò relecta peritis-  
simo, me Interprete, quã tencor Submissione,  
Augustis Maiestatis Vestre Subycio oculis, et si  
ad intrinsicca gubernandi modi qualitate, rei  
gubernatio haurienda potestã, et constitutio,  
me nullum sane tenet dubium, quin Sublimis  
Cæsareæ Maiestatis Vestre cœspiciã, ex hac  
in narratione contentis, intrinsicam qualitatẽ  
regimini Romano pro directione Tuã puden-  
tissimã in rebus contra hanc per se non exercenda,  
verum Christiani orbis distans, factam potentiam,  
et Austriacorum solummodo ex timescens rariã,  
institucendis penitus sit intuitura. Vnicum id à  
Supremo mihi exoptarem Numine, ut hac in  
causa, quidquid mihi sanguinis et talenti, pro  
Maiestatis Vestre gloria et securitã, donec la-  
bilis carceris animi mei reserabuntur claustra,  
impendere possẽ, gloriosiorẽ uita mee profectõ  
imponere nescirem finem, quã diuini sub oculis,  
in Maiestatis Vestre pro Christiani Nominis in-  
cœmento fidei securitã, immortalẽ meum  
felici eternitati spiritum deferre. Adest ani-  
mus, vigent vires, Maiestatis Vestre imperare  
est, meum obsequi, nam et ab obsequio hactenq  
à Maioribq meis ab uno, et medio fore seculo Au-  
gustissimã Domui Austriacæ sanguine, et sub-  
stantiã suis, et ab annis iam septemdecim Mai-  
estati Vestre à me prestito, respectum est, quã  
ut à sanguine Austriacis deditissimo descendens,  
succim, sim, et pro mansurq sim.

Sacra Cæsareæ, Regiãq Matris Vstræ

Humiliss, et obse-  
quiosissimq  
Jannes Baptista Piccolomini

PROOEMIUM

*Ad Legentem Maiestatem.*

*Princeps sacratissime, in hac Inter-  
pretatione, et sententias Alcorani,  
item et Aenas Christi ad marginem,  
ne orationis perturbaretur fluxus,  
exposui, nolles etiam, et reminiscen-  
tias, quas singulari expositi opusculo,  
adici i quod Maiestati Vrae humillime  
præinsinuare opera pietum esse duxi.*



*[Faint, illegible handwriting on a lined page, possibly bleed-through from the reverse side.]*

# PROOEMIUM

In Nomine REG Misericordis, et Cle-  
mentis.

Laudes Deo, qui pro vera dimicantes fide, si-  
gillatim, et summam, illis, qui se à Veris  
separant fidelibus, praeminere fecit, quod est di-  
vinae beneficentiae. promissum, Veros Fideles pari-  
ter, excelsus Deus mercedis amplitudine, uana  
proposuit credentibus. Dominum nostrum Muham-  
medem, qui causa fuit et origo, ut sacri pro fide  
belli institueretur ordo, benedictionibus abundare  
fecit, neq; in exhilarante annuntiatione, existen-  
tes directionis Luceana, neq; Prophecia, neq; testi-

Quoniam nos vos  
iuuimus auxilio  
manifesto. Sent. M.

monij prohibitio, neq; annuntiatio laeti nuntij, neq;  
uoluntur abolentur, aut retro agatur proflatio. Rec-

Quoniam nos misi-  
mg ad uos testi-  
monium perhiben-  
do, laeta annun-  
tiando, et uota  
prostando. Sent.  
M.

sectissima sunt benedictiones supra eiusdem stirpem  
et socios eius, qui sub arbore cum Propheta nostro  
pactum pepigerunt, et fuerunt coadiutores Pro-  
phetae Dei, nocturni pro Dei certantes fidei.  
Praeterea illi, qui magnificentissimi sacris belli  
percurrunt temitas, viscunia, est, quo et rosetis sacri  
pro Religionis belli, et Philomela, qua. e. sacchara,  
ecis Victoriarum, et Triumphorum viridacis pro.

stantiores belli sacri colligunt flores. Expugnato-  
ris Portacum similitudinem inuincitorum, victo-  
riarum à Deo datarum manifestatoris, et felicia  
expugnationum nuntia ueris fidelibus Annuntiator  
ris, Islamitarum et in uerum Deum credentium  
Exercituum Ducis, Hostes, pro fide certantium gladio



opprimere, Proborum infidelis gentis Eversoris,  
 Venas improbitatis discerantis, Victoriarum belli  
 sacri signorum Defensoris, nempe de servis Dei Ex-  
 cellentissimorum in Generositate, Excellentissimi,  
 in Aulico comitatu et Auctoritate omnium Emi-  
 nentissimi, sedis demum Supremae in qua omnes  
 coquiescunt dignitates, et apud Deum Excelsum  
 Regem misericordiam, et veniam obtinentis, sili-  
 et Summè Excellentis Ahmed Bassa sua dignita-  
 tis, cuius opulentia legitima evasit, et quod apud  
 Deum, in eius desideravius extremis, obtinuit.  
 sub radijs eius licentia existens propius sigilli  
 Custos, Gloriae et Auctoritatis possessor, à mo-  
 rum praesentia summis, infimisque coquitus, et no-  
 mine pulchro, seu eleganti insignitus, scilicet  
 Hasan Aga, qui fuerat sigilli Custos: extendit  
 Deus per amplam, et late patentem terram usque  
 ad ultimum usque ad extremum Iudicij diem: et sic  
 rerum percipiens Virtutem, laudavit et folia  
 belli composuit sacri, dictante Veritate. Ille, unde  
 principium fit de narratione Viri virorum, est  
 ille, qui beneficijs inuando, praecipuavit haberi  
 naculum Ducum belli sacri; traxerat enim ea, quae  
 acciderunt in bellis pro fide, et quae curis, et Tollit  
 iudicij sui, supereminet Viri viri Ahmed Bassa,  
 cum Austeritatem suam ubique diffunderet, ad inuicem  
 Praesectura, et Viri viri sui usque ad iudicij ex-  
 pugnationem conspicua reddidit. Conexus et  
 inordinatus cursus, Pleiadum non abimili pel-  
 lis, librum componit nobilem, et ad demon-  
 strandas res manifestas, cum euidentijs iuste

Et Misericordiam  
 et veniam obtinen-  
 tis, Phrase hac  
 mors personae  
 exprimitur

Et nomine pulchro  
 et eleganti insigni-  
 tus. Hasan Aga  
 dicit pulchro, et  
 elegans significat.  
 Hinc est allusio ad  
 nomen, Hasan Aga  
 et omnia pulchra  
 seu elegant.

Redulit istud qui  
 dam de domesti-  
 cis et coquibus  
 illud, quod ne-  
 sciunt hunc sensu  
 Ab

5

Conuenientias suas, et ad magis exornandam  
ordinatam illam dispositionem multiplicium  
Victoriarum et triumphorum, noua Margari-  
tarum et ornamentorum accessit series, cuius  
connexionis et ordinis in fictionem, proma-  
nantis rerum copia, exhibet candor. Exigua  
fortuna seculi, qui se extendendi caret potentia,  
et sermonis sui reuocacione, bello sacro mercedem  
nullam, certantibus nullum prouenire stipendium,  
uozum ex conscriptione libri, gloriam proma-  
nare, honorifice insinuat, speransq, se paupe-  
rem et humilem, ob debilitatem et defectum,  
a munifico et liberali Rege, Clementie fauo-  
rem obtenturum. Et quia Sacrorum Certami-  
num huc nouiter tractata materia ita re-  
late, ut a primis principijs, de materijs que  
in compositionum reperitur pelago, tam coe-  
quales et substantiales Margaritarum, sacrorum,  
uozorumq, pro fide certaminum, sicut Marga-  
rite sacrorum certaminum huius libri, in so-  
diatis huius uanidi mundi, nunquam fixe  
et firmata fuerint, et nunquam denuncerit  
genda sint, hoc praecipuo, liber est Annalium  
Gemma nuncupatus. Historia huius dignitate  
et maiestate eminent, et illustris, cui gratia  
les etiam et iucunda, immixta materia, libe-  
ra, et gesta, et Victoria a sacris pro fide, certa-  
minibus exortie, in quinque partibus sectiones  
sunt, prout in sequenti Annalium exhibi-  
tum Gemma.



SECTIO Prima.

De Egiptis, Nubibus, seu Cypry Ahmed  
Bassa, in suo Regno Begaratu.

SECTIO Secunda.

Continet progressum Exercitus ad  
Bellum Hungaricum.

SECTIO Tertia.

Continet dispositiones pro Maritimo transi-  
tu in Insulam Cretam.

SECTIO Quarta.

Refert initium obsidionis Candie, et de  
Invenitibus Cunicularum subterrane-  
arum.

SECTIO Quinta.

De pugna Navali, et de pyrobolarys  
Invenitibus subterraneorum.

Libri finis.

Remonstrat expugnationem Candie.



# SECTIO Prima.

## De Gestis Kypweli seu Cyprii Ahmed Basae in suo Beglerbegatu.

Ahmed Basa, Kypweli seu Cyprii Mehmed Basae filius, Prusae in Bithynia primo celebris, post modum Sultani munificentia duobus Fugh seu militaris dignitatis insignibus decoratus, in Artzum seu Assyria Praesidem electus, hoc ad praesens munere, Ibrahimum Agam Nobilium Janitorum seu Suliorum suorum Praefectum, certas ob necessitates ad limites Euxelae transmissit Porta, et usque ad elapsam horam Muhammediam Middelnam Sexagesimam nonam Prusae moratus est: ad iter autem iam se accingenti, duobus illis militaris dignitatis respectis Fugh ab Aula tertium adiectum. Ingressum secundam die. Muhammedam Artzum uocans iter sine mora continuauit, solique Fribus in oppido Keber substitit diebus. Erzenz obuiam in hoc itinere Urbem, in qua ad praesenturam Artzum tendentes Basae Fribus, uel quatuor diebus morari consueuerunt, Ahmed Basa, non subsistendo, transiit et in Artzum Praefecturae sedem directus progressus est, quo cum appulisset, uocatum ad se Urbis Vicarium Husernum nomine, his allocutus est uerbis: scitote me pecuniarum robore, praesentis dignitatis non emisse merces, non ambenti a Deo, ita determinante et mandante, haec concessa felicitas: ce nostra tendunt desideria, ut in ministerio Ottomanico stiperis, Genitoris mei instigam vestigis: num tu genitui securus sis cupiditates, nam a paupertate oppressi subditis quid sit exactura, meum est attendere, is intentionum mearum. Si opus, Populi

Turca, Arabum more lunari utitur anno, quod ueteri Christianorum stylo accommodant, ad Reuerentia autem non attendentes momentum, a prima lune phasi secas in illis sunt Epochen, quae hinc Epochen suas die non allegantes, aut primis aut medijs aut ultimis talis quae talis luna diebus, quos si diem exprimant, ille non a Reuerentia momento primo, uerum a prima Luna phasi computant, cum ratione ad ueteris styli plenitudinem, quo et Luna uerum unquam in suis uertitur dispositionibus, hinc igitur certata ara. Muhammediam sobq ad epam C.H.A. 1659 ueteris stylo ad principium et nouo ad medium mensis Septembris incidit, ut in gestis Epochen noua stylo a commemorati sunt. Muhammediam primu anni Muhammediam mensis, secunda huius mensis dies est iuxta stylium nouum, id Septembris Anno C.H.A. 1659. Regis seu fugae Muhammedis Meccae Meccam uada sua ara sumunt initium An. 1070.

Londus duabus constat bursa  
bursa quingentes Imperialis  
ad computum Austriacum  
continet.

bonum, ut Romanice Maiestati convenientia exhibere  
valeat securitatem. De eo quod huc aduenientes Bassa  
iustitiae titulo accipere, medietatem colligit, illa  
contatus uinam. Verba, Ahmed Bassa Praefecti,  
Vrbis Vicarij menti altius impressit. Ego relatione  
nis praesentis auctor, Armenensium tunc pro-  
centium scriba, praecedentes Bassas, annuatim  
centum quinquaginta, et Ahmed Bassam  
solum quinquaginta quinque asperorum colle-  
gisse pondera sum experius. Et gubernante  
tum in arce, tum ad ad Erzenianam Vrbis por-  
tam, turris, nec non quinquaginta quatuor  
murorum cubitus, ut ferre motus, corrueant.  
Casum Excelsae, transcripsit Corte, qui accu-  
patis de restituendis muris in pristinum statu  
mandatis, attractis ad cingulum uestis lacinijs,  
decem dierum spatio, totum persequutus opus,  
haec in circumstantia, non exiguum lenitatis  
suae in miseris subditos exhibuit exemplum,  
nam ne vigore, specialis Praefecti, de submi-  
nistrandis pro reedificando expensis preuen-  
rentur, completam a subditis colligi noluit  
summam, cum pro supplemento de suo proprio  
adhibere curasset. negotijs suis persequitur, Su-  
leiman Aga a Fulgido Corte, Dimine,  
ad Ahmed Bassam his cum mandatis misit:  
Eum Damasci, huc Syria nobilitatum esse Prae-  
fectorum: Hoc accepto nuntio, nulla inter-  
posita mora Damascum pergit, aduenien-  
ti magnus obviam processit equitatus. Ad-  
ductum populum per vrbis dispersas plateas,  
gemebunda assidue voce: O pauperum, afflictio-  
rumq; pauperum, inquit, fame enciamur, quin-

Quatuor aspon sunt tres  
cruciferi Austriaci  
id est: Semitayor.

quaginta annis drachma, duob; uendunt, apocis, nec  
haberi potest: à multo tempore herbe pascimur, &  
summe desiderauing. fletu, lamentationeq; pau-  
perum commotus Bassa, et ipse in lacrymas  
procurum, se ad lacrymantibus conuocans  
cepofuit. A me ac desiderati opem' auxilium ad-  
sit à diuina. Maiestati beneficiis: Residentie  
sua ingressus palatium, emisit mandatis,  
quoscunq; provincie proceres et nobiles, Or-  
bis Damasci pistores, conuocauit, presentib; q;  
ita allocut;: Si pro dieb; aliquot de sufficiente con-  
stet uobis annona, hæc nulla interposita mora  
ad annonam deferatur Benuarium. Illis et  
Memphiticis Beglerbegis literas decem mille, Impe-  
rialium camb; transmisit, scribens: ut sibi im-  
mediate maiores aliquot naues annona repleta  
transmitterent, ne populus Damascen; fame excideret;  
Debita Memphiticis Beglerbegis correspondit  
uelocitate, et quinquaginta quatuor maiores  
nauis, vulgo Tschekas, annona repletas,  
que intra decem dierum spatium ad Dama-  
scenum in Syria portum deuenerunt, submi-  
nistravit. Ahmed Bassa, et suos, et Procerum  
cuorq; camelos, mulos et equos ad portum pro-  
adferenda ad urbem annona transmisit, ad-  
lata, super linthea montium in flar accumula-  
ta, distribuendeq; commissurum, Aula sua  
Agam Kutchuk Jusuf dictum, constituit,  
hæc uia, ita Excello disponente. Sed, Ah-  
med Bassa, Populum Damascenum, consilio  
suo, à tanta liberavit egestate, illiq; abun-  
dantissime prouidit. Mox erat redierentib;  
Præfatis, ad usum molacum inualium die;

dentes, licenti titulo, aliquo onerare tributa,  
 quod ad triginta pecuniarum se extendebat  
 pondera, quae exactione Ahmed Bassa omni  
 no abstineri uoluit, quia imo Excelsae Porta  
 aetulis, hanc exactionem Damascenorum  
 exhaustis facultates, hanc tollendam esse,  
 effluaciter persuasit, hinc nosum: Ahmed  
 Bassam, quo in statu versarentur, subditi,  
 penetrasse; ad hunc igitur a Porta huius  
 tenoris mandatum. Tu qui Beglerbegus Da-  
 mascenae es, tibi significatur, in posterum, licentia  
 tributo, pro mole manuaris, usque nullum penitus  
 obestum auipicandum esse. Quod Prothoallo  
 Curiae Iudiciali innotuit, et ista Ahmed  
 Bassa, Paulo Damasceno, beneuolentia sua  
 exhibuit officia, hinc illi ab omnibus, felices  
 appreciationes.

Et omne id, quod offer-  
 tur animam uestram  
 a bono non a recto,  
 quia haec apud Deum  
 sunt, et Deo est  
 donator misericors.  
 scilicet. M.

## RELATIO

De Drusis.

Facinorosi quidam Drusorum peruersitatis  
 ingressi uitam, non exigua causa uere moti.  
 Erant y, filij Maan, et filij Schihab origine.  
 Drusi, qui diuersis caernis oppidis, munita  
 super montium rupes extruebant claustra  
 quorundam uero circumiacentium oppidorum  
 Incola, Regi tributum, et Beglerbegis sua  
 negantes iura, filij Maan, et Schihab, qui  
 quatuor erant numero, ad haerentes, cuius  
 ubi opus erat, quingis, uel sex militibus pedes-  
 bus assistebant Selopetacjis. Beglerbegi Da-

„maseoni peruceras hos suis compescere, cohorti-  
 „bus omnem impenderunt conatum, uerum quia  
 „cum illis decertandi summa erat difficultas,  
 „infectis rebus, semper recedere coacti. Ioschir  
 „Basha ad Damascenam euectus praefecturae,  
 „ad horum selectorum opprimendam peruen-  
 „tiam, suas applicuit uires, selectis quidam mil-  
 „libus militum in eos progreditur, de aduen-  
 „tu Ioschir Basha certiores redditi, dispositi in  
 „quinq; in decem millib; per uiaarum fauces  
 „selectarijs, aduenientem Basha non solum  
 „ad ingressu ad se accuerunt, uerum quam  
 „plurimis Basha trucidatis militib; opima  
 „partiti sunt praeda, ipsum tandem Basha  
 „sagitta ad femur percusserunt, sed et ipse pa-  
 „rter, se percutientem gladio interemit: mi-  
 „lites Basha, ne se in illas intruderet fauces,  
 „sue equidem persuadebant, sed reponentem se  
 „non timeere, et in fauces ingredi uelle, rem  
 „illius commiserunt arbitrio. Irusorum po-  
 „puli: populi impij, in Dei non credentes uni-  
 „tatem: Dei etiam non colunt prophetam  
 „Ecclesias sedantur, <sup>imo</sup> quia ipsos adorant Cor-  
 „cos, aut somniorum suorum phantasmata tri-  
 „buunt fidem: albis, rubrisq; utuntur signis, re-  
 „uerentis: si suas inuoluerint domos de orri-  
 „nenda ab illis tributo, non erat deprecandum  
 „Verum peccatum instar per montium obcorda-  
 „tes iuga, Provinciae securi situ, fertilitate  
 „te loci gaudentes, ad sua redire parum illis in-  
 „tererat. in hoc igitur usq; ad Praefecturae Ah-  
 „med Basha uersabantur stat. Ahmed Basha

Illi sunt peiora,  
 quae patiuntur;  
 at sunt in erro-  
 rib; sepediti.  
 sent. 16.



Præfatis, Excelsa Corta de modis hæc, com-  
pescendi gentes consilia agitabat, rem Ahmed  
Basha de civitate committendam, conclusum  
illius executionis transmissum est mandatum  
cuius sensus: ut congregato milite Tripolitano,  
Hierosolymitano, Gazensi, et Damasceno, additis  
sua sua robore, ad conaescendos Drusos progre-  
deretur. Ahmed Basha negotium hoc aggressus  
suis, inferiores huius populi viros, affectu  
prius, tandem consilio, et pactis sibi obstrin-  
xit, illorum tres circiter mille, ad suas partra,  
et præfatis adiunxit, ita ut simul omnes ad de-  
cem mille, se extenderent. Populum hunc tri-  
dierum spatio a Damasio discessit, Ahmed  
Basha non pro eas aggressus est, fauces, ubi Is-  
schia Basha laesus, et infelici suppavit proelio,  
uorum circumitione, prope locum Jacobi portem  
dictam, facta, per oppida Mez et Hayun,  
Chasia, et Perchid, ad claustra filiorum  
Schihad peruenit, et circumiens ex unig diei  
itineris octo dierum profecit iter, fauibus  
istis, et Drusorum curibus aggeribus, in  
fauibus, et aggeribus ad resistendum dispositi,  
statione relicta, fugam sibi consuluerunt,  
quorum postea adificia igne iniecto conere,  
mata fuerunt: aliquorum oppidorum in-  
colæ, securitate contenti, in suis constanter  
subsisterunt oppidis. filij Maan hæc uisâ  
mutatione, præmissis ad Ahmed Basha  
Nuntijs, illi subsecuti, rogantes si bona eorum  
deuastarentur, se in posterum ab iis destitutos  
iniquitatibus, se ad Regis seruitia quingentas

transmittere uelle Bursas. Reperit Ahmad Basa; opti-  
 me ita ut promissa ueltra donum conficimento tra-  
 ditione. Datis creditibus, qui ad Damascenam de-  
 ducti fuerunt Arcem, Musein Aga unq de nobilitate  
 sub Porta sequis ad promissorum urgendam exe-  
 cutionem determinatus, qui, Iratos promissa  
 obsequare non posse, expectatus, se redijt in festam  
 qua de cauda immista demum in eam ditionem  
 militiam, eorum adificia in cineres redacta,  
 et filij Naan Ahmed, et Murkamas se fuga sub-  
 traxerunt: his perfectis, Aaly Efendi Jesterdar  
 Damascenq horum oppidorum publicatus est in-  
 spector, ut res ad ararium pertinentes publi-  
 cum congregare posset. Jesterum cum Drusi  
 relatio ad Excelam Portam per praetulum  
 Musein Agam de nobilibus Corte Janitoribz  
 transmissa, hoc adito Drusos non aliter esse do-  
 mandos, nisi Beglerbegi supra montes Sijda, Barut,  
 et Szefes constitutione, quod et ab Excela Corte  
 approbatum, et praedictus Jesterdar Aaly  
 Efendi in Beglerbegum declaratus, qui post  
 modum residuum collegis tributum, et ad Ex-  
 celsam transmisit Portam; nec e riqus Beg-  
 lerbegi constitutio fuit utilitatis, hoc enim  
 modo peruersi illi pulsi et dispersi, provincia  
 placida fruitor quiete; Deo disponente riji-  
 tuz, et prudentis Consilij ope, facilia eua-  
 dunt ea, quae difficulta esse supponuntur.

Supremus Aula Ottomanus Vizirig Lupuz  
 li Mehmed Basa, Ahmed Basa Damasceni  
 Praefecti Genitor, grauior decumbebat, mor-  
 tem subsecuturam insalubilem Aula iam praer-  
 iudicabant Procures, de Successore agitabatur  
 quaestio; in Ahmed Basam Infami filium

à præclaris iam notum gestis tenebant  
vota, Sultani igitur Augustus eidem transcor-  
puit liberat, quarum tenor: Tu qui Begler-  
begus Damascenus es, de duorum dierum itinere  
fac unum, et unâ cibus ueni die ad Porta  
nostra felicitatem, et faciem tuam ad meos Au-  
gustos stapedes inclina.

Transitus Ahmed Basa  
ad Excelsam Portam, et acces-  
sus ad Supremam Prefecturam,  
Seu Viziratam.

Hæc hæc inchoa  
ta 6. Sept. Hæc  
Christi, 1660.  
Stylo novo.

**E**ra Hegira, seu fuga Muhammedis millesi-  
mâ Septuagesimâ primâ, Ahmed Basa  
ipse ad Excelsam Portam cum ducentis ho-  
minibus, quâ potuit, ingressus est velocitate,  
Damascum in Adrianam proprijs suis perrexit  
equis, inde per postas inter septendecim die-  
rum spatium ad Sultani presentiam, qui  
tunc in loco Davud Basa dicta penes Con-  
stantinopolim in proximâ Adrianopoli,  
olim discedendi existebat, peruenit, faciem  
ad Augustos stapedes inclinavit, Rex Super-  
ficii totum cum equitatu suo, et Magno  
Vizirio, è tentorijs Adrianopolis, uocatus  
ipse ingreſsus, Ahmed Basam Excelsæ  
Portæ Kaimekamum, seu locum ferentem  
Vizirij declarauit. Peractis in Kaimekamum  
quadraginta et octo diebus, Regijs  
honoratus est liberis, quæ sequentia con-  
tinebant: Tu Ahmed, qui es Kaimekam, ex duo-  
rum dierum itinere unum facito, ueni Adrian-  
opolim, et inclina faciem tuam ad Augustos.

stapedes. Ahmed Basta Kaimekamus, licet febre diuina  
 "retur, mandatis obtemperauit, nullaq[ue] interposita mori-  
 "trium dierum spatio Adrianopolim peruenit, et su-  
 "ciem ad Augustos stapedes inclinauit. Supremus Vizi-  
 "rius Mehmed, Genitor eius, lethali oppressus morbo,  
 salutis sua nullam sanam spem admittens; eius igit[ur]  
 loco filius, et supplicantium exaudientis preces, et  
 assiduus cunctis intererat consilijs. Mehmed Vizi-  
 morte sublato, cum filij eius Ahmed a praeclearo gestis,  
 et a iustitia, et a prudentia ubiq[ue] laudum perire  
 "buisse fama, et quia non cuiq[ue] ad Vizi-  
 "ratus facultas, et potentia, sortem supra Ahmedem  
 casuram, dubitabat nemo, Ahmed igitur, ad Regium  
 uocatum cubile. Rex ita allocutus est, Tibi, inquit,  
 cum Praefectus, et Vizi-  
 "ratus beneficium, et gratiam ex-  
 "hibeo, Regi Excelsi negotia tua familia reddat.

## Accessus ad Vizi- ratus

Aera Christi  
 1660. circa deci-  
 mam quintam, uel  
 sextam diem No-  
 uembri

Die sexta mensis Raby Lewwel Aera praedictae,  
 Ahmed Basta ad supremum honoris euectus gradum,  
 sextam diem No-  
 uembri  
 bus multis alteratis, et immutatis, in principio lune

Aera Christi  
 1661. circa  
 mediu[m] mensis  
 Martij

Schaaban iter Constantinopolim proposuit, et ad  
 fontem Sulak se contulit, inde ad Excelsam Cor-  
 tam iter ingressus est. Cum eo peruenisset, Augu-  
 stam coram se comparere fecit classem, merca remis,  
 veliq[ue] impelli solita erant triremes, maiora nau-  
 uigla, quae uelis solis impelli solent, seu, ut uulgari  
 uerbo uoce, Galiones nulli aderant, quia Infidelib[us]  
 negotia non facessentibus, neq[ue] maritimas per-  
 turbantibus plagas, harum machinarum necessu-  
 "ria non uidentur structura, omnes igitur triremes,  
 et quadraginta Regos maris in promptu esse iussit

in classis huius Capitaneum Mustapha Bassa electus,  
 qui hac cum classe in Archipelagum ad mole-  
 standos excurreret Infideles prudentia summa ad In-  
 sularum navigabat latera, Insularum absque minimi  
 timore damni, ab omni hostili protegebatur impetu.  
 Hoc anno Classis Ottomanica ab Infidelibus nauis  
 "gium magis, et onerariam abripuit nauim, et pra-  
 "ter morem salua, et incolumis ad suum remcauit  
 Portum, certum signum, à plagis maritimis, nul-  
 "lum pro tunc timendum esse periculum: Ad totēstre  
 igitur bellum conuersa fuit cura. Veneti Infideli-  
 "deles belli declarati obiectum, eorumque arces  
 Catharum Scialatum, et Sebenicum expugnare  
 conclusum, perlecto in Regio Consilio conclusi  
 Decreto, de modo rem instituendi consilia agi,  
 sabantur, et die decima Victoriosi mensis prefer-  
 et bellica requirita disponere, et per omnia loca  
 ad conuocandum militem, Cursores, Sollicitatores,  
 et mandata ad Vizirios, et Beglerbegos ex-  
 "pedire ceperunt, mandatorum hic erat tenor.  
 Pro die noui anni uos apud felicitatis Portam con-  
 spectis. Magnas tunc pauper huius relationis  
 Scripser, ut Sigilli custos percipere est molestias,  
 quas corde contentissimo, quia principis ita  
 exigebat seruitium, suffererebat. Directore  
 Baico Haly Bassa, qui natione Epirota,  
 et viarum ad Catharum ualde gnarus, ma-  
 "gna hominum copia, ad reficiendas, et dila-  
 "tandas rupibus insolentes, asporas illas, et per-  
 "horridas ditioris Bosnia, et ad Catharum

Circa diem 4.  
 octob. Anno  
 Christi 1661

deducuntur vias, per quacum angustias non nisi  
 unus equus post alterum transire potest, delegata  
 fuit. hic dicitur Baico Haly Bassa in Insula pecta,  
 criminis alicuius agg, in Candiam profugit, et usq  
 ad evocationem Ahmed Bassae ad Supremi Viri,  
 sui dignitatem, inter Halas latitabat, Ahmed Bassa  
 in Supremum Virium electo, ex Italia refugus  
 pro uenia et securitate supplicavit, qua obventi  
 supples ipsum auxilii Regem. atrocitatis insolentia  
 sem quendam cum centum sibi adherentibus equis  
 tibus, loca diversa Bosnia infestantem, Baico  
 Haly Bassa per montes hinc inde insecutus,  
 captorum nunc excoriatas pelles, nunc capita  
 ad Excelsum transmittendat Cortam, gesta  
 generosa eiq, Cortam ad ei conferendam Grae  
 ucia praefecturam commouens, quod honoris  
 gradu tanto magis impetus, nullam sane  
 in reparandis vijs ad Cathacum, et in Tori  
 mentorum, glomerumq uectura amittetis opera:  
 Erant etiam in promptu, ad Cathacum, Spalata,  
 et Sebenicum deducenda munitiones, et anno  
 na: uerum eo in prociactu fama aduolat. In  
 Infidelis Germania seranis confinis, Musul  
 manos capi, Ottomanice ditioris exuri Lu  
 lankas, nouas super Islamiticum solum curru  
 auer, quin dimo Exercitum Germanorum  
 in ipsa Transylvania ditioribus stitisse pedem  
 Germanos deniq, his agendi modis, pacis uolasse  
 pacta, comperit. Fama per ea uelut a  
 confinis missas, subsecuta coetudo, Germanos  
 et Muhammedis populum captiuum adducere,  
 et Ottomanice ditioris diuone Lulankas,  
 Supremo transcriptum est uisum. Belli

Patrum, Spalatun et Sebenicum, erat equidem  
scopus, his uero perceptis, quibus modis forma. u  
ni bello petendi sint, qualiterue ad Romanicam  
domum pertinentes artes eorum eripiantur magis  
agitatun est. In nomine igitur Dei misericordis  
hac cum intentione Constantino poli Seriano  
polum iter susceptum est.

## SECTIO Secunda.

### Progressus ad bellum Hungaricum.

Aera C. H. R. 1662  
circa medium  
Mensis Martij

Anno Hegira 1072 primis diebus Lune, Schan-  
zar Supremus Viricius comitatusque se Jo-  
nischerorum turmis, signa horum cohortibus, Au-  
la sua Militia, Beglerbegs Kudahia, Kubleli  
Mustapha Bassa, Audefarrakis, Tchauuni, et  
Hortulanorum phalangibus, Serianopolim in-  
gressus est, ibique usque ad aliorum Bassarum sub-  
stitit aduentum, qui intra paucos adfuerunt dies.  
Kubleli Mustapha Bassa tempore Praefecturae  
Supremi Viricij in Damasco Beglerbegus Tri-  
politany praedara in occasionibus contra Pru-  
los praesisterat sequitiam, ita ut Ahmed Bassa  
ope, et fauore ad Borsam deducens, tria Tugh,  
seu militaris dignitatis signa contineret, et  
unus de septem Viricij sub conuocato opere,  
aut si statizare licet, sub cupula sedentibus,  
seu de intimis euaserit consiliarijs, et quia  
Kaplan Mustapha Bassa etiam in itinere Seria-  
nopolim simul aderat, in salutatione huius erat  
institutus ordo, ut Kaplan dexterum Kubleli

Sinistrum debuerit obsecrare latus. Cum Ad  
 Transopolim deuentum esset, praemissis hono-  
 rificentiae actibus et colloquijs, tandem consi-  
 lia de modo ingressam instituendi expediti-  
 onem agitata: conuocatis igitur Vizicijs Sipahis  
 et Jenitschecorum Cameris ad Supremi Vizii  
 ry Tentorium, coram illis litterae Sultani per-  
 lectae, quarum tenor: Tu qui meq; magnus Viri-  
 tanus es, et meq; Generalis Capitanus Venerabilis,  
 erat antecedenter intentio arma ad Bosnia  
 pariter deferendi, et in hunc finem omnia requisi-  
 ta disposita erant, nunc autem Infideles Ger-  
 mani, fracti facti sunt, et multas combusserunt  
 Palancas, multosq; de populo Muhammedis ca-  
 perant, ab Antecessoribus meis gloriosis expugna-  
 tam repetunt arcem, tu in his circumstantijs ad  
 id, quod Maiestati, et Imperio meo conuenit, et ad po-  
 puli Muhammedis respicis utilitatem, praemissis  
 cum Vizicijs et militibus meis electis Sipahis, et Jeni-  
 tschenis consilijs, incepta prosequere, et id quod  
 utile nobis uidebitur, in effectum ponite vel mihi  
 significate. Inclinata facie, demissis oculis,  
 omni deniq; cum reuerentia, Augustae  
 perceptae succunt litterae, et omnes felicitate  
 tes appreciantes, dicebant: hoc est mandatum  
 Maiestatis Regiae, ad quam confugit orbis, Quilibet  
 Reg in aeternum a Rege nostro omnem auertat  
 hostilitatem. factis appreciationibus Supremus  
 Vizicius ad milites conuersus, eos ita affatus  
 est: Tibi uolum sit o popule Muhammedis, Infide-  
 les Germanos Exercituum copia celebres, Regis  
 nostri acerrimos esse hostes, glalorum Dentem  
 maritimis nobilem praelys et fraudibus nouimus esse  
 potentem, potitum Terrestris, in quo ignaua  
 ualde haud audeat tentare bellum, extra undas



percuti non abrimiliis pisci, ab annis iam decem  
in sandia conclusa munimine, pugnas uictore pudes,  
illi, non id audacia, ut exient, Sultani nostri potes,  
tissimi impugnet terras, et ista quiescent anno, ar  
umit iudicium nostris ab inceptis non desisteret, Geru  
manos hostes nostros infensissimos, impetamus,  
duabus in partibus, et munitionibus, et abundante  
provisis sumus annona, ad rem ergo, id unicum re,  
stat, ut operemur. Annuit miles dictis, Regis  
conclusi transmissa, Relatio, igitur a pre-  
cationibus, et nobili instituto equitatu Au-  
gustum ad Supremi Viriory manus declarum ve-  
xillum, eiusdemq; pteum pretiosa adorna-  
uere Crista, reperitis demum appreciationi-  
bus, Viriory Supremi ad suum reuersus est  
tentorium. Ipe in custodiam collocata  
Deum, in principio nobili, et benedicta luce  
Gamerani pro fide dimicaturi Bellatores  
Adrianopoli discesserunt, iteors Sophia  
uersus ingressi, quo cum deuenissent, equis  
ad parua demissis, Testorum Bairami pre-  
ces ibidem persoluerunt. Euocatorum e pro-  
vincia Damascena quingentorum equitum  
ductor Rubeli Mustafa Bassa cum suo Equi-  
tatu huc Sophia adueniat dictis. Giorgi  
Mehemmed Bassa in itinere graui oppressus  
infirmitate, Adrianopolim reuersus est, et per  
dies aliquos ibidem remanere coactus, de cuius  
Supremus Viriory dubitans reditu, Sultani  
huius de re ista informat. Giorgi Mehemmed Bassa,  
Adrianopoli morbo oppressus, Praefectum eius quan-  
tociens cum suae militiae comitatu, huc ad Au-  
gustum demandare Exercitum res esset conueniens,  
quod si disponente Deo, Giorgi Mehemmed fatalis

Circa medium mensis  
Aprilis.

adesse hora, eius factem comitatu, Augusto conu-  
 iunctu Exercitui esset. Nulla interposita mori,  
 Praefectus cum equitatu, Patrisq; locu filii,  
 Sophia, paulo post Augusto se conuenerunt  
 Exercitui, quin imo diuino fauente Numine,  
 ipse Gurgi Melmed Basta paucum post tempus  
 saluus et incolumis se magna exhibuit Victoria,  
 de cuius summo reo gaudebat aduentu, erat hic  
 Patris eius Praefectus bene meritus, et de Alien-  
 tum numero, quem et ipse ut Clientem fouebat  
 et ex ea etiam specialiter uenerabatur cause,  
 quia ut rerum Germanicarum, quazissimi, in  
 Germanico bello, eius potissimum utebatur  
 consilio. Cum ad diuersorium quoddam Chale-  
 "lli dictum prope Sophiam deuentum esset, a  
 "Maiestate Regis superficiesi terra, ipse The-  
 "saurarium suum Haly Agam Supremus Vizi-  
 "phrameam, Cassanum, Gibellinis pellibus Sus-  
 "sultum pellicium, unionibus, comptum obti-  
 "nuit pugionem; hic dictus Haly Aga, summo  
 affectus, sui honore, et Kudleli Mustapha,  
 et Desfordar Basta, eorum quibus eadem  
 binos donauit equos, et ab hoc ipso loco The-  
 "saurarij cum relatione ad Augustos missis  
 "saperes. Epistola Regie ad hic dicto The-  
 "saurario adlata, hic erat tenor: Tu qui  
 meq; Vizi-  
 "magnum, et meoq; Exercituum  
 "Capitaneq; et Generalis, tibi transmista est  
 "gemmit exornata phramea, et pugio cum Gibelli-  
 "ino pellicio, et Cassano, res has ut gratas  
 "suscipito, phrameam iungito, pugionem appendito,  
 "Gibellinum induito pellicium, nostrorq; perpetua

felicitati, appreciationes fauto: negotijs Maiestati  
mea convenientibus, et populo Muhammedis utilibus  
operam dato, et exercitij prudentem se exhibeto  
ducem: Continuatō itinere ad Oppidum Nissa.  
Dicitur peruentum esse, ubi equitatus in ordine  
dispositus, et tres ibidem in sumpti dies: Exer-  
citus quotidie augebatur numero, undiq; ad  
fluebant cohortes, et ubi trahebantur mores,  
et in ipso se coniungebant itinere, ita ut donec  
Belgradum peruentum esset, innumerabili  
pene militum multitudo sese exhibuerit;  
splendidus proinde in Belgradum habitus  
est equitatus, principum a Mutesarrakis,  
et Tschauusis Excelle. Corte, Sangiacis,  
seu uemillifesi cum Sijahis suis, et dexteras,  
et sinistras formabant alas, Genitacheri pro-  
pe dextera cypanti ad suscipiendas disposi-  
ti erant salutes, Supremi Vizirij Hula Aga,  
et ipse Dostendar Basia Tugh, seu militaris  
dignitatis praecebebant dexteras: eiusdem  
Supremi Vizirij fratres Mustapha, et Haly  
Beghi ueluti diua nobilia splendore sy-  
dera, Fratri magno Vizirio praequita-  
bant, à quibus et Beglerbegi, et ad salu-  
tem suscipiendam dispositus Exercitus, sa-  
lutem acceperunt. Praedictus Dostendar Basia  
Armamentarij antea praefectus, con-  
stantiae, prudentiēq; suae dato specimine,  
cum à Supremo Vizirio sibi promeruit  
gratiam, ut duobus Tugh, seu mili-

14

tatis dignitatis donatus testoris, ad Deffer-  
 dar Bassae euectus fuerit dignitatem, cum an-  
 tea hui officio, sub titulo Defferdar, Esendi,  
 profuisset. Labores, sumptusq; magnos praesens  
 exigebat bellum, sed quibus uestium lacinijs  
 ad cingulum attractis, iuxta iussa, et uoluntate  
 Supremi operabatur. Vizirij. omnium difficulti-  
 mum erat Defferdari erat ministerium, cui  
 ea omnia, quae ad exactum, et utilem appara-  
 tum bellicum requiruntur, procurare incum-  
 bebant. In re armamentaria, quae non cura  
 nunc pyrii pulueres, nunc globi, nunc tormenta  
 nunc annona, nunc facinae, nunc ad trahenda  
 tormenta bubali, nunc cuniculorum fossores,  
 nunc alia bellicae machine, nunc funes bom-  
 bardici, et alia prope infinita requiruntur.  
 Peruenerat diebus illis Germanorum in Bel-  
 gradum Legatus, qui ab amplitudine sua  
 non ingratum mari, spectatum uenerat. Secun-  
 dum, circa miserabilem Legatum, serentes qua-  
 sidi, quidnam Legatus ad tanti Exercitus  
 dixerit aspectum? Subinuestione, eum ab illis  
 suspicasse, attonitum, mentisq; captum  
 fuisse, cumq; continuo nunt de officialibus  
 et Beglerbegorum qualitate, nunt de Sipahis,  
 et Penitseris rogitasse, cui respondebat in-  
 terpres. hic ille, huius iste. Requiritur uero  
 quinam illi, qui loriceis immerti, Tugh, seu milite,  
 utis dignitatis praecedunt Testoram, qui illi duo  
 Iuuenes Beghi qui sequuntur? ad hoc Interpreter.  
 isti sunt fratres Supremi Vizirij. Nuntia rom-  
 na, Germani Caesaris Legatus, ad Supremum

Vizirium petijt, Vizirius, nunc primo ueniens  
 Subiensis, Vicaria denegata. per duas adhuc  
 dies expectare. iustis dies, Legatus, qui ab  
 Excella Porta simul Belgradum uenerat,  
 Resident, et filius Cesaris Germanorum erat.  
 Supremo Capitaneo Aaly Basta Temesuarini  
 existente Belgradum quidam Germanorum  
 aduenerat Legatus, cuius erat intentio ad  
 Excellam transire Portam, uerum ab Aaly  
 Basta in Temesuar deductus quia, Supremq  
 Vizirius literas ad Aaly Bastam datis in-  
 serat: Germanorum Legatum pene se in seuro  
 detineto loco, cum ipse ego in persona post pau-  
 cum tempus ad ea sim uenturus loca, cum,  
 fauente Deo Belgradum peruenere, secum ad-  
 nouicito, et coram me sistere fauit. Adfuit, et alig  
 a Cesare missus, quem nobilem, et Cesaris  
 gradum dicebant: adueniente igitur a  
 Supremo Vizirio determinato tempore, uen-  
 nos Germanici Cesaris delegatos, ad Supre-  
 mi Vizirij tentorium deduxerunt, tres  
 erant in promptu sedes, Cesaris Charum ad ima,  
 cum Aaly Basta aduenientem ad secundam, et  
 Residentem ad tertiam sedere fecerunt, li-  
 teras Supremo tradidit Vizirio, qui eos  
 salutatione honorauit, inquit, Bene ue-  
 neritis, qui reposuerunt, etiam uos bene ue-  
 ritis, num hospes in prouincijs, esse cupitis. Subiit,  
 pta Supremq Vizirius, omnia ueniens, sed  
 quid pretenditis? uerba nobis, diunt, per pluri-  
 ma essent; uerum propositum nestid est, ea proloqui,  
 et significare, quae presenti conuenientia habet,

Deposuit Viziog. rationem igitur aduentus uestri ex  
 ponit; crepuscuat Legati: Intentio nostra est  
 pacem tractare, et me, dixit alius, Casar ad hoc  
 pacis tractanda negotia delegauit; tunc Viziogius:  
 si Casaris uestri desiderium de pace stabilienda, cur  
 ea, qua pacem uiolare solent, duobus iam operatur  
 annis: cur nouum supra Regis nostri fundum erige-  
 re fecit munimentum: cur Transyluania arces  
 Germanice muniuit presidio: cur per plures ditionis  
 Romanicae Palanhas diruere et igne consumere  
 fecit: cur Muhammedis populum capere, et in  
 carceres conijcere iussit: erat intentio nostra  
 cum Galorum gente nostram experiri fortunam,  
 ita agendo, nos, nos a nostro prouocasset proposito,  
 quibus pacem obseruandi modus: nos tandem  
 ad flagitia a uobis commissa conuenienter haberemq,  
 cum modo debitam sanctae paci exhiberetis reueren-  
 tiam, sed quid in uestris uerbis inconstantes estis,  
 fraudibus inconstanter inhaereti, priusquam ad hoc  
 fieret dispositio festum, Eram apud Excolham Cor-  
 tam, Casaris uestri aduenire literas, Residenti  
 uestro, ut cum Romanica dono pacem concluderet,  
 commissum erat, nos Residentis accessit, literas tra-  
 didit, quarum hic erat tenor: Multis iam annis pa-  
 cis non est facta renouatio, tempore felicitatis ue-  
 uestre renouetur, pauperes utriusque partis Subditi  
 tranquillitate fruantur, stabilitate prout ante,  
 Tempus etiam Residenti uestro, rem omnem illi  
 committim, res cum eo consideretur, et perpenda-  
 tur, uerbum solum stabilitate, de cetero salutes.  
 Postmodum Supremus Viziogius Germanici  
 Casaris Residentem coram se sistere fecit,  
 quem ita affatus: Ecce a Casare literae per-

uenerunt, pacem postulant, accedite igitur, per  
quos componenda modis, ut inde negotium aliquod,  
quod Romanicae domui dignum, et Muhammed. u  
dis populo utile prodire possit: Adiuravit ultro  
Vizirius. Munitur illud nouum e Regione.  
Cauis, extructo demoliamini, Germanum e Transyl  
uania deducetis Exercitum, et si in consingis et  
uersiones, seu uelitationes tollitis, et factos capti  
uos demittitis, perceptime: adhaec Resident: Sacer  
daming meq. ita mihi mandauit. si tu ab Ottomanis  
ita domo celebrem Transyluaniam arcem. Tegeth  
obtinueris, et petes adhuc quadam appuda Transyl  
uania, si in hoc consensu fuerit, securitatis dars  
litteras, nos e contra munimentum illud nouum deuo  
luti, et exercitum e Transyluania educere cura  
bim. Supremus Vizirius Regi aem litteris  
retulit, uerum responsum: Infideles a nobis  
arion detinerare, mihi scripsistis, si hoc Muesta  
si meae conuenire creditis, dato, uerum a glorio  
antecessoribus nostris Infidelibus ceptam arcem,  
quomodo demum Infidelibus restituam? In id  
eum Supremo Vizirio consensum dare haud  
erat conueniens, inquit ab igitur: siquidem  
cum Residente apud Borsam existente nihil  
actum, decretum Ecclesiae Dei est, ut suo cum fauore  
hostem aggrediamur, iter hoc bellum est. Victo  
rie relinquamus uestigium, ita ut usque ex bre  
mi Iudicij diem, Victoriae per orbem feratur fama.  
Vos qui creditis, et pugnat in uia do  
mini contra eos, qui uos impugnant: cuiq.  
est sensus. In nomine Dei misericordis et  
clementis. Solluiti effore, et uestium sim  
drias ad medium alligate; necessarium est  
sacrum pro fide bellum, Victoria in itinere

Quos qui creditis,  
et pugnat in uia  
domini contra illos  
qui uos impugnant.  
Sens. etc.

bellis simul cum servis Dei progreditur. Si  
 milia, et ultra legatus Belgradum pergens debet  
 reserata, pro tranquillitate pauperum utriusq[ue]  
 partis subditorum Cesarem intendere pacem. Reli-  
 quos adhuc apud Cortam existentis conti-  
 nue in Prantia erant, et interrogati, quomou-  
 do se habebit reus staty? et respondebat Viz. huius.  
 pacis propinquam esse conclusionem, dummodo supra  
 Regis secundum usum constructum munimentum dicitur,  
 et Germanorum in Transylvania militiam educatis,  
 seque nullam gelusum in pacem; quod praesentibus,  
 quanto tempore in effectum ponere, reuertimini, et verba  
 pacis demonstrantia necessitatem allegare. Caetera  
 enim Verba ad rem non sunt pertinencia, haec uo-  
 brasunt inuenta, nisi uos nouid illud diueris-  
 munimenta, et in Transylvania Germanorum duxerit  
 ritus exercitum, pacis stabilienda nulla sane ratio  
 et plura alia uobis a uobis petenda, Sic discunt  
 rescriptum filium, his perceptis praedictus  
 gatus, ut Supremus Viz. uisus dicta sua  
 literis exararet, sibiq[ue], ut ea ad Cesaris  
 Aulam transmittere posset, traderet, flagra-  
 bat; Legati satisfactum petitioni, et ad Su-  
 preum Cesaris Praefectum huius tenoris  
 transmissit littera: Benedictiones super eum,  
 qui uerum fidei sequitur ductum: uos amicos nostros,  
 qui tempore praesenti Germanorum Cesaris Supre-  
 umq[ue] Praefectus. Jam antea intento uobis  
 pacis erat stabilimentum, rem dicit iam uicidq[ue]  
 pro apud Excelsam Cortam existenti Desiderenti  
 commisit, et nunc a uobis quidam ad nos cum  
 literis peruenit Legatus, cui pariter negotium  
 hoc commisit, uerum quod uicidq[ue] nos stabilimen-  
 to pacis propinquum sumus, isti suum non dantur,



sua, et tamen eis rem committitis, nullum rei habet  
fundamentum, iustentio vestra est, nos à progressu  
nostri definire proposito, vester iam diu patens est  
delicti munimentum. Regione sanissa extructo  
diuacitis, militemus Germanum, è Transylvania  
duxeritis, cuius facilitas propinqua eorum, et si  
hoc adhuc in effectum ponantur, par ita propin-  
qua fuerit, sicut solum terra propinquum. Euc huius  
Belgradi cum Exercitu, quem terra superfluis  
terre nequit, subsistit, et stellarum in star innume-  
rabiles Tactorum sequitur militia, quod Deus  
Exaltis ab horrore detraheatis, illud futurum est.  
Haec de Germanis: Tactorum nunc referen-  
da negotia. Resolutis adhuc Adrianopoli  
Concilio, Sultanus, Tactorum Chan, una  
cum literis pro munere decem mille Transu-  
nitis aureas, demum huc ipso Chanogenis  
inter tam cingulum pugio percharis exornaty  
lapidibus à Supremo Vizirio, per stabuli praes-  
fectum Muzli agam transmissus est. Literarum  
huc erat sententia: Euc à multo iam tempore Ger-  
mani Infideles pacis violatam tacta, ea qua paci  
relinquant, operantur, et etiam à nobis ante  
repectant, qua de causa huius dicitur Infideles ducis  
Magni Vizirio, et amorum meorum Supremo Capite  
Rancho Ahmed Basta, bello aggredior, et tu qui  
Chanus et magna dignitatis, cum Tactis hostium  
Venatoribus, quantoque adesto, tempore Augusto vestro  
conuagat exercitus, precibus acis nos semper pro-  
sequar, forsitan Sanguis, et Exaltis Deus uiam ad  
pacem de his Infidelibus uindicta facillitabit.  
Etiam Supremo Vizirio annexa fuerunt  
literae, dicens: Nobilitati vestrae, quali-  
ter Infideles Germani à Tribz iam annis etiam

Ottomanicam domum consensu habueris, persequi  
 in Viuarino existentes, in quibus et consilia  
 plurima, et de supplicij mittendis, et de fusore,  
 parando Exercitu, et ne Forgatschium imita-  
 rentur suasionis, et uerba fiebant.

Commemoratio Interpretationis  
 Literarum à Cuesore aucta.

rum.  
 Interpretatio Epistolae ad quendam  
 officialem infidelem Germanum, Marcum  
 nomine, qui Viuarini, Ponderum  
 Superintendens.

Accipi literas tuas die 4 Augusti, quibus  
 mihi aduentum tuum Viuarinum significas,  
 ob quod letamur; status uestri intrinsecam  
 qualitatem Domino Comiti Georgio significavi,  
 qui pariter letatur, et salutari mandatis,  
 ut sibi de omni rerum statu informationem  
 transmittaris; peruenit hucusque ad nos fama  
 nostrorum praecellorum, et Forgatschy pulchras  
 actiones hactenus percipimus, si ille hic esset,  
 et id, quod populus de illo loquitur, perciperet,  
 et se in locum quendam locuderet, et ad  
 nullius compararet aspectum, quia si diebus  
 moris Exercitus fuisset, dum rebus suis pro-  
 dearius prouidisset. Mi amice, quidcunq; demum  
 factum sit, principium deniq; male institutum  
 est, quomodo autem casus in re ipsa sit, nobis si-  
 gnificabitur. Vobis hoc pro informatione, quod  
 heri Comiti et Rothal cum suis copias  
 Posentium iuerint, cum et ibi praesidio aliquo  
 opus sit, instumq; est, ut mutua utamini cor-  
 respondencia, iunctisq; consilijs operemini.  
 Fuit hic Petrus Zinaty, qui ante tres dies hinc  
 Zakatorniam discessit, ut fratrem suum cum  
 aliquot mille Croaticis, Germanis, et Hungaris  
 fuit equitibus in Hungariam transmittat: in-  
 ter dies paucos est - Bavaria

Nomina propria (sive  
 nullo modo illegibilia

Mant, etc. Monz, sueth

Nomen prouincia ille  
 sibile

Legioner aduenient,  
 eorum quatuor mille, quingentos pedites adducit,  
 et alius sicut apparatus, veniunt etiam et  
 diuersae Legioner: verum  
 ex Polonia magnus ueniet Exercitus.

Interpretatio literarum

Vienna ad Locatellum, in Arce Viuarino  
existentem Carinancum, Scripta.

Status uester huius Urbis innotuit, pro deperditis  
octo mille militibus, pars numerus substitutus est,  
et transmissus, Forgatsch generalis primarius  
est, cui neque Selopetzky neque Simplicius equitibus com-  
petit locis. Hungari ad fugam agiles, et prompti  
sunt: vos autem eos non imitami, sed honores  
uestri recuperationi studete.

Interpretatio literarum

Montecuccoli Novi gradum  
Scriptarum.

Transmittuntur vobis pro munimento vestro quatuor  
phalanges militum, et pro alijs necessarijs requisitis,  
Praefecto Personenti mandatum transmissum est,  
vigilate et attendite, si in munimento non sunt  
angustiae locorum, tres phalanges sunt in prom-  
ptu, si necessaria fuerint, significate, vigilate,  
et attendite, et vobis commissum munimentum  
defendere, et custodire non intermittatis.

Interpretatio literarum.

Vienna ad Forgatsch dataeum

Magnis, parvisque huius Urbis casus innotuit  
vester, quod nempe defecto munimento, et  
quo milite, magnis militum copijs obviam  
progressi sitis, qua de re magna est admiratio,  
afflictionem magnam amicitia uestra causasset,  
speramus, quod sequentibus actionibus uestris,  
os populi clausura sitis, succurrat undique miles,

qui brevi tempore ad illas descendet partes.

### Interpretatio Literarum

Montecuccoli ad Forgatsch

Progreffus uefter, ne fit amplius, ut heri uobis man-  
datum fuerat. Speratur, quod caute, et adverte  
acturi fitis; ut uos, nos de omni rerum ftatu in-  
formare poffitis, transmittuntur uobis Littere nouae  
imperatorum uos uiriliter geeratis, et apud Caefarem  
Maeftatem in confirmatione permanere ftudentis

### Interpretatio Literarum

Comitis Bucarae Duci Marchae  
Luum, Capitaneum in Vinarino

Spargitur et percipitur huius, quod cum Forgatschio  
non fiti in bona correspondentiâ, quodue hac de  
causa in tam turpes inuidentis actiones, nescio  
unde haec promanent nouitates, si res ita fe habet,  
mihi etiam fore conueniret, sed et Forgatsch  
et uos per hominum curritis linguas, et de tot  
hominum infecitu ualde doletur, et quod tam  
turpem actionem aggressi fitis. et ego etiam  
miror, quod postquam uobis innotuiffet, esse  
tam magnam Turcarum multitudinem, uos illi  
tam exigua hominum opposueritis copia. Ami-  
ci Forgatsch, et Palfi dicunt, quod postquam  
tam magnam Turcarum uiderunt copiam, re-  
cedendi habuerunt intentionem, sed quod uos  
conferri non fueritis, afferendo, recedere non  
efse poffibile, et quod hoc modo Forgatsch in  
illud inuidentis infortunium, et quum odio uos  
prouequitur, quod antem tot hominibus spolia,

ueritis, et praecipue, quod uos, consensu equo,  
 pedibus relictis, supra uos commiseritis, sum-  
 mis uos afflictus opprobriis, in uobis ob amicitia  
 stabilimentum significatio est: in posterum ita  
 agite, ut nemini uobis excusandi habeat causam,  
 Verum quis rerum status eo fuerit tempore, ad a-  
 multum, et explicitum scripto long nobis signifi-  
 cabitis, ut et nos, debitis in locis, conuenienter in-  
 formare possim, nunc ad munimentum Colonellio  
 Locatelli nomine transmittunt, et uobis illine  
 discedere opus erit: Ventura die Venoris ego Prae-  
 cium iter suscipiam. Marches Granam nomi-  
 ne meo saluabitur, et Fergatschum etc.

Interpretatio aliaeum Prae-  
 Marches Gio transmissarum

His diebus Hispaniam cladem oppressam esse referunt,  
 pro afflictione in morbum incidit, et cum de-  
 statu uestro etiam notitia ad nos peruenisset, tanto  
 magis mortuus inualuit nosse, faxit Deus, ut  
 in posterum meliora percipiam, de tam tarda  
 Succorum aduentu admiratione rapimus: hoc  
 est attendere, et non attendere negotijs, laudente  
 Deo, in posterum etiam de uobis meliora spero,  
 si tamen diligenter operabimini.

Sensus Singularum Prae-  
 Praesidis rationum, id est camera, Viua,  
 rinum, Leuam, et Nouigradum Trans-  
 missarum hic est.

Quam primum uobis demandatam pecuniam ac-

quisiueritis, nullā interpositā morā, cum pos-  
seti uobis demandatur, de loco in locum distri-  
bueris.

Interpretatio quarundam literarum  
Comitis ad Capitaneū  
in Nodigrad.

Intercessio clāstis Hispanice, per Lusitanos nos  
Regē est miseriors, et respiciū seruos ualde afflixit, sed Deus est misericors, hoc aper-  
sunt fideles, et iam bellum, multarum hostilitatum inter  
est sententia Dei, nos causa esse potest, quia inter nos unio nulla,  
quod Deus sit hostis Infidelium. sent  
quod etiam ex sensu literarum Regis Gallie,  
que his diebus aduenerunt, colligere licuit.  
omnia negotia Vestra Comiti Porcia signi-  
ficabit. Mi vicine Gallie gentes pudore non  
afficiatis cum ibidem existentiū dominis uni-  
te, et concorditer vos habeto, et uos viriliter  
geratis. Vobis etiam notum sit, quod Comes Hol-  
lach cum sibi commisso caecitu scabito  
nam peruenerit. Supremus Generalis Caesaris,  
progredietur cum Exercitu Posonium uersus,  
et ibidem Palatinus se cum eo coniunget.

Interpretatio literarum For-  
gatschis transmissarum.

Ex literis vestris aduentum Exercitus Illami-  
tici ad eas partes, et quod uobis configit, per-  
cepimus, et hac parte omnis diligentia, et cura  
suis impenditur, et dispositionibus requisitis  
adhibetur, dante. Deo nullgerit defectus,  
Octava Augusti quidam Marsconita huc per-

uenit, et ad priuata[m] audientiam fuit admitt[en]s  
sensum literarum. ad h[ab]itacum ab eo per aliam  
occasionem vobis significabim[us]. Rex Gallia, in  
Urbe Tolon magnam disponit classem. Lusitani  
Classem Hispanicam oppresserunt: Galatinus  
adhuc nullam aggressus est negotium. quid post  
hac fiet, vobis significabo.

### Reditus ad Historiam obsidionis Viuarensis

Infausta Infidelium per has interceptas, et vien-  
na Venientes literas nobis manifesta euasit  
dispositio, cum nos in campis crederem[us] morari  
Budeisibus, Exercitu Viuarinum cinxeramus.  
Anno igitur millesimo septuagesimo quarto, de-  
cima tertia nocte Muharram, qua nos erat be-  
nedicti Dies Veneris; Arx a quatuor constrin-  
gi cepit partibus, Militum in diuersas acies  
distributa cohortes: Prima Supremi erat Viziry  
ex Europaeo constans milite; Secunda Capitanei  
Generalis, seu Ferdari Aaly Bassae: Tertia Je-  
nitcheeorum Aya: quarta Jusuph Bassae et  
Asiatius constans robore: quinta Kaplan Mu-  
stapha Bassae.

ultra medium Aquilum

Quoniam Graecia  
tunc vobis suat  
in auxilium  
sent. M.

Deo sint laudes,  
qui nos ad hanc  
Dignit[em] sent. M.

Primam obsidionis nocte, Luna erat silen-  
tor, qua de causa ingressus ad obsidionales ac-  
cessus patens erat. Deo grates infinitae, res ad  
notum B, et sine ullo successu damno, Multae  
sunt Gratiae, et beneficia, quibus excelsus Deus  
populum Muhammedicum affuit, oculorum



nostrorum non respiciens impunitatem, suo  
se consilio manifestum, et propinquum exhibet,  
subsequenti autem nocte, idae fuit decima 4<sup>ta</sup>  
Mensis Muharram, Luna per quatuor ferè  
horas tenebris circumdabatur spissis; eà nocte  
animo quieto in obsidionalibus accessibus propa-  
gandis laboratum, et in eos, propitiante Deo  
dispositus est aditus decima tertia mensis  
Muharram die, ante obsidionis initium iuxta  
consuetudinem àb antiquo receptam. Supremus  
Vizirius Forgatsch, et alij in arce consistenti-  
bus Capitaneis literas per Ischieli Mehmed  
Agam transmittendas iuxta huc adiectam transeri,  
post copiam.

### Copia Literarum

Tu Forgatsch, qui de proceribus et Hungarorum  
in medio consistentium, et alij arce capitanei,  
vobis notum sit, quod ego maximus, et venerabilissi-  
mi Domini mei, Imperatoris Super faciem  
terre, et omnium Regum sublimissimi, Regis  
fidei Islamitici, Supremus Vizirius, et genero-  
sorum militum Supremus Capitaneus, et qui  
per imperium Maiestatis Dei excelsi, et per  
multitudinem benedictionum, et fauorum  
Muhammed Electi Prophetae Dei, qui utriusq;  
mundi sol est, Supremus Exercituum Dux sum,  
et Capitaneus, et Gubernator cum ineffabili &  
innumerabili exercitu Islamitico, quem  
terra ferre nequit, iussu potentissimi, et

Verendissimi Regis domini mei ad expugnatio-  
 nem, et subactionem arcis Viuariensis: quam  
 Deus facilitabit: comparuerim, si arcem ad no-  
 stras tradideritis manq, neq, magno, neq, paruo,  
 nemini deniq, neq, in vita, neq, in bonis uel  
 minimum continget damnum, idq, per Deum,  
 per Prophetam nostrum, nostramq, fidem pro-  
 mittimus; et quocumq, ioc petieritis, comitabimi-  
 ni, quicumq, autem manere uoluerit, opes, et  
 possessiones eius in eum perpetuabunt. Quod  
 si postea, fauente Deo, arcem armorum vi subiu-  
 gauerimq, neq, paruo, neq, magno, neq, paupe-  
 ri, neq, diuiti fides dabitur: adiuuante eo Deo Ex-  
 celso, cuiq, Esentiae Simpliciter, cum alijs non  
 participatur, Qui Caelum, Terramq, et quidquid  
 est, ex nihilo creauit, omnes gladio interimen-  
 di, quod scripsimq, est nobilit Jureis nostri decre-  
 tum, si Maiestatis domini nostri Islamiticae  
 Fidei Regis nobiles intentiones, populo Hun-  
 gario pateant, pro gratijs, et beneficijs sibi fa-  
 ciendis, suas proprias in Holocaustum darent  
 proles. Salq, super eos, qui ductum ad salu-  
 tem sequuntur. Praememoratus Mehmed Aga  
 igitur, et Confinianys Zekerdeliensis Jenische-  
 rorum Camera Praefectus Ibrahim ad arces  
 detulerunt, multis scolorum subiecti fuerunt ictib,  
 quia uero in manib, deditiois signum album,  
 et literas gestabant, in eos ampliq, non effia-  
 culatum: praenotatum Mehmed Agam ad ar-  
 cis aduocarunt portam, quae eijs sit uoluntas,  
 interrogantes: reposuit, se literas ad Forgath,  
 quas Supremq, ei transmittit Vizirig, habere:

Jusso Mehmed Aga ante portas subsistere, literas  
 ad Torgarschium delatas, personam has legere, scien-  
 te non recepta, Mehmed Aga reddite, ut eas  
 Hungarico idiomate exprimere faceret, et cum ip-  
 demum rediret. Mehmed Aga reversus, Supremo  
 Vizario literas restituit, inquit: Turcice legen-  
 tem non habent personam, demum plurimam red-  
 dunt salutem, ut haec literae Hungarico scribantur  
 Idiomate, requirunt. Jussit Vizari, ut Hungarica  
 exarentur lingua, et ut Mehmed Aga comitan-  
 te se Ibrahimò Camore Jenitscherorum Prio-  
 fecto redeat, et deferat: uterque igitur cum literis  
 ad Arcis accessit portam, et eas intromiserunt,  
 remisitque responsum, dicentes: dominum vestrum  
 salutato, dicit illi, Arcem non esse nostram, hac nocte  
 quod agendum perspiciemus, cras vobis responsum daturi.  
 Nulla ad Infidelium, responsum habitis reflexio-  
 ne, nocturno tempore in obsidionaliter idum est ac-  
 cessus, factaque mane veruecum immolatione, tor-  
 menta ad quatuor disposita fuerunt loca: viginti  
 quatuor excessivae quantitatis adlatae fuerunt tor-  
 menta, quibus similia nunquam adducta fuisse  
 dicunt, quatuordecim, et sedecim, et viginti qua-  
 tuor Vakyarum ciaculabantur globos. Tunc  
 Muharam die decima tertia, per primum obsidio-  
 nalem accessum ad fossae labrum. Simul et ad hor-  
 sis deventum est conspectum, et ita, ut nocte  
 illa paulo post expugnandus videretur locus, ut  
 supra propugnacula, et solidorum murorum stru-  
 cturam torrea, et montis infrae trium orgyia-  
 rum altitudinis colles seu tumuli, et super  
 quemvis collem, tria tormenta collocata emi-

Vakya continet in  
 se fere tres libras  
 Viennenses

cuisent: et licet tormentum magis. Solum decem  
iacularetur Vakyas, tanta erat insuper perfu-  
dorum Infidelium copia, qui musquetis, et alijs  
accorime iaculabantur. Telopis, ut intra trium  
vel quatuor dierum spatium, centum interemerint  
Musulmanos, eorum quinquaginta circiter vul-  
neribus affecerint; non exiguo etiam nostri per-  
culsi fuerant timore, obfama, supremum Per-  
manorum vizirium, Montecuccolium, Germanico  
cum Exercitu Posonium peruenisse, Triniga  
fratrem se illi suo cum milite coniunxisse, et  
de Sultani Ahmed Kirai Chani Tatarorum  
felij velociori aduentu, nulla adhuc tunc erat  
certitudo: verum fauente Deo decima sexta die  
mensis Muharram nuntio, et litera, a Sultano  
Ahmed Kirai adfuerunt, quorum hic erat tenor:  
Congregatio sociorum designans Sultani felij  
citatem, et rocores, et Magnates, qui reuersi  
sunt ad tempora, Solymani; Patri meo di-  
lecto, Sultano felici, et clementi, oblati  
ad sua dignitatis conspectum, et ad Latera, Ex-  
celsis insignita titulis ex sinceritate, et in-  
trinseco affectu longeva, vita, felicitatis per-  
petuae, et Imperij, et fortune, appreciationibus,  
quod sinceris et filialis exhibet candori hoc e-  
Orman Aga serug ueber, quem ad partem  
felicitatum optimi Chani transmissere, di-  
gnati estis, cum literis vestris, nos ad Dobrasch-  
te conuenit, mandatum Exceltae dignitatis,  
quod scriptum est, filio uestro totaliter in-  
notuit. Deus Excelsus, Exercitui Islamitico  
potentiam, robur, gratiam, et beneficium con-  
cedat, et quod in mandato mandare dignati

circa finem Augusti

estis: si reuersi fueritis ex Nogaiensium districtibus  
recta uia in Hungariam ad campos Viuarientes conuerti  
et uos uobiscum coniungatis. Quing dicere iter  
iam confeceram, fauente Misericordie Deo, cum  
in Szolnok peruenissem, iuxta mandata, expe-  
tum uia, conducere ducem, et in uera fidei ho-  
stium Prouinciam Hungaricam nos properan-  
ter transire uelle, conclusimus. Speratur, quod  
Excelsus Deus, Exercitui Ottomanico unione-  
dirigentem, optimas benedictiones, et exoptabi-  
lem sibi largiturus curam. Circa intentiones  
de obsidione Viuarini, quas maiestas Sultani  
sibi dignata est proponere. Deq ad eiq expugna-  
tionem et subactionem, gratiam suam concedere,  
dignetur, fauoreq diuino fiat, ut de multis si-  
milibus uicibus Victor euadat, ac triumphet.  
Amen. Propter Augustam fortunam, et pro-  
pter benedictiones, et felicitates suae Majesta-  
tis Sultani mei, ad Claudioopolim ducenti Ger-  
manici, et Ungarici equites, fortunae Exercitui  
Islamitico obuiam uenientes, fere omnes gladio  
interempti, pauci Infideles euaserunt. Ex Sak-  
mar, pariter ducentos Germanicos, et ducentos  
Hungaricos equites obuios habuimus, hos totaliter  
deleuimus, ita ut nec unus supermanserit. Ex  
Etsched War centum Germanicos, et Hungaricos  
equites obuios habuimus, de his uiginti, uel tri-  
ginta circiter, euaserunt, ad Dobrasch obuiam  
facti sunt Exercitui Islamitico ducenti Equites  
ex Kalo, de illis etiam circiter uiginti fuga si-  
bi consuluerunt, et hi abominabiliter Infideles  
mercedem suam inuenerunt. Deq prospere, et fe-  
liciter Semper Exercitum Islamiticum, Deq

Sebrecenium forte.

Viziratum, et Supremas dignitates sospitet, et  
perpetuare faciat.

Reditus ad Historiam de Obsidione  
Vinnarini.

Acti omnes, nec non exiguae Caelitiae de aduen-  
tu literarum. Ahmed Kocai data signa, praecipue  
vero Supremus ipse Vizir, Ahmed Basha, animi erat  
condolatissimi. Interea in obsidionalibus auestibus  
existentes Jenitscheri, et alij post ternas dies sine  
magna sane molestia ad fossam pervenire terminas  
verum extra fossam, fossae margini exteriori conti-  
guum erat opus, in quo quadringenti, seu quingenti  
circa morabantur Infideles, et inde continuis  
iaculis, qui pluvie instar depluebant, in obsidio-  
nales iaculabantur accessq, post ternas, quaterternasq,  
dies Infidelium multi de exteriori opere, exire  
viri, decima octava Mensis Muhamam, i. qua  
mensis Augusti octava, erat dies, cum circa hor-  
ram notam antemeridianam ex exteriori opere  
Infidelium aliquot erupissent, nulla data fide,  
partem mittentia Jenitscherorum usq, ad exte-  
rioris operis portam repulere, sed quia de arce  
continuis fulminabatur gladiisq, Jenitscherorum  
aliquot recesserunt, verum de pedibus vulgo  
Tekban, Aaly Basha, seu Venilla, nec non ali-  
quot Venilla, Croatarum, Sekbanorum, et Jeni-  
tscherorum ad obsidionaliter manutenendas accessu  
submissi fuerunt, et hac via Infideles ad suum  
exterioris opus recedere coacti fuerunt, neq, illis  
ulla data fides, sed perfuerit binis exterioris  
operis portis, Exercitus Islamitici subingressu,

forte Nylo veteri

Infideles autem ad Viennensem portam con-  
uersi, fugam sibi consuluerunt; erat enim exterius  
illud opus in regione Viennensis portae, sed laus  
Deo, exterius captum opus, Musulmanis summi  
fuit auxilium, nam ex eo arcam bombardis et tormen-  
tis infestare, facili erat negotium, dicebant quasi  
Infideles exterius illud opus pro Musulmanis ex-  
truxissent, eadem die igitur, exterius illud opus cap-  
tum: occisorum, et uulneratorum ducenti  
numorabantur: Verum equidem est, non erat man-  
datum Supremi Vizirij, ut in exterius illud opus  
impetus fieret, et occuparetur, sed id Genisscher  
sua fecerunt sponte, et Deus gratiam suam  
concessit, hac die hora erat, ut hoc fieret, Infidi-  
des ad hoc exhorruerunt, die sequenti de amo-  
uenda aqua in fossis agebatur: Vltra flumem  
ab arce remotius fluens, per alucum nouum  
partem unam flumem ad fossas, Infideles dedu-  
xerunt, cui per locum alium suum fecerunt  
exitum, qui tunc oclusus fuerat, Directore  
Gian Arstan Basra à diversis remotioribus locis  
fossas, fossas uersus, ad educendas aquas, ter-  
ram excavando, fodiebant, et die decima, septima  
una Muharram perforauerunt; tanta aquarum  
prorumpens copia, ut ad tres uentanas ma-  
las fluxus sufficiens esse uideretur; ex arce  
tormenta, et bombardas in fossas iaculabant,  
clamabantque Vos Turcae cornuti, quid uultis?  
in eo loco, cur terram ueluti mures foditis?  
ad educendam aquam, labor equidem decem  
credebatur dierum esse, sed, auxiliante Deo  
fossas inter tres dies, et tres noctes ad fossas

terminos deuenientes, fossam dictante ratione,  
 ad quartam fere cruggiam in profunditate excavan-  
 tes perforauerunt. In pugna qua fuit ad Prigonid  
 captus quidam uinctus ad Supremum Viziriū de-  
 latus fuerat, exclamabat ille: o fortunate Viziri,  
 me occidere non sinis, uobis ero necessarius, locum faci-  
 lem auerendi ad arid noui, et etiam propter aquas faci-  
 libatem dabo, me non occidito. Vir hic inuoluntis  
 seruatus, et una cum exercitu ad Viuarinum de-  
 ductus, in viarum electus duces, et aqua ostendit  
 vias, et alia quaedam fassus: Supremus Viziriū  
 uiri uerba uerificari cognoscens, cum affatus in-  
 quit: si tuum caperim, si tibi inq. moles sunt,  
 et possessiones, tibi omnia seruabuntur, neq. proliq,  
 neq. possessionibz tuis, damna inferretur. p.

Relatio de aduentu Sultani  
 Ahmed Kirai, filij  
 Chani Tartarorum ad  
 Exercitum.

Lapsis decem diebz ab obsidionis principio vi-  
 gesima tertia die venerat Luna. Mu-  
 harram aduenit filij Chani, qui magnifico exceptus  
 fuit equitatu, explosis tormentis, magna lecti-  
 tate fuere data signa. In obsidionalibus accessi-  
 bus existentes Bashe, ad equitatus non compa-  
 ruerunt ordinem; contra autem existentes ue-  
 luti Kubleli Mustafa Basa, Beglerbegus Bu-  
 doensis Viziriū Husein Basa, et Gian Ars,  
 Lan Basa, et Scibeas Mehmed Basa, et Ser-  
 tuemarum Aghe, omnes Splendide cum equitatu  
 praesto fuerunt, qui simul eadem in linea cum  
 Chano equitabant. Viziriq. autem Supremus in



ordinandis beneficentis usque ad excipendum  
ad uenientem requiritur, occupabatur in Supre-  
mo tentorio usque ad hospitium tentorium, et  
disponebat seriem, exhibitionum beneficentia,  
non ex primenda sua attributa, neque numerus.  
Exercitus totus laetibus erat immersus. Supre-  
mo vizirius ei usque ad primum, obviam secon-  
ditis tentorium, et excepit, in Tentorio ad Su-  
premam mensam sedebat filius Chani, Supremus  
vizirius cum alijs viziris: prope alia duo, in-  
feriores mente, erant, ad quas meo sedebant,  
post primum Kahue, et scherberi, et suffumigatio-  
nem iuxta adnotationem ad litteram ducenta  
vesper Divani adlati fuerunt: postquam omnes ve-  
stibus induti fuerunt filius Chani, Supremus vi-  
zirius, et caeteri viziri surrexerunt: Supre-  
mus vizirius, Chanum excepit aurea ex suo re-  
nuazio pharamea cunctis reddidit gemmis et orna-  
tam pharetram, et unionebus compressum pugio-  
nem, et tandem gibellino induit vestitio: cum  
autem discedendi venisset tempus, mandavit viziris,  
ut Chani filium ad primum usque tentorium comi-  
scit, et accubitoria, aurea aurea et ornata erant  
paano, magna dependebant cortinae, nitideque dispo-  
sita erant vice: quas vizirius Supremus, Chani  
Tartarorum filio exhibuerit honorificentias, ex-  
primi nequeunt: Filius Chani praeterea salomonis  
instar viuas, et iuuenis viginti circiter, erat anno-  
rum, morum erat optimorum, et prudens: Sultanus  
cuiuscumque in se trahens affectum: Exercitus qui  
cum eo venerat, ex centum, et quinquaginta millia-  
bus constare credebat, cum ad Augusta castra  
peruenissent, Sultana Ahmed Kirai Chani filius

per diem integram suum exhibuit equitatum; com-  
 paravit postmodum Sultani Ahmed Kirai frater,  
 qui Tartarorum Kasakorum ducebat phalanges,  
 quas etiam exhibuit. eidem pariter, aurea in sen-  
 ta oblata fuit uestis, fimbrijsq; exornata et lanijs  
 cum pileo Tibellinis pedibus exornato, et cum illo  
 existens quibusdam Bathmanis vestem et pileum  
 induerunt, et taliter quadraginta vel quinquaginta  
 circiter tractati fuerunt, die altera Vinoda Va-  
 lachorum adfuit, qui suum etiam exhibuit Equita-  
 tum. Maiores illorum ueste donati fuerunt, et  
 suis sequacibus quadraginta, vel quinquaginta circi-  
 ter Kaffanos induerunt, has subsecutus est Mol-  
 daug, qui simili exceptus fuit honorificentia. Hunc  
 equitatum prope mania arci Infidelium, qui se-  
 nenna futuri erant Incola, transire fecerunt, cu-  
 rat in fossis Subterraneis Jenitscherg quidam, que  
 Infidelium quidam interrogavit: Quales Exercitus  
 isti? respondit Jenitscherg: Isti sunt equites Exer-  
 citus Tartarorum, Moldaunorum, Valachorum, et  
 Kasaccorum, quot centus, et quinquaginta mille homin-  
 ones esse dicunt: Infidelis reposuit: Etsi hi non ve-  
 nissent, uester Exercitus abiq; his copiosus est. Cha-  
 ni Tartarorum filij tribus subsistit diebus Julu-  
 Agaret aliquot Emiri, item et Kubleti Muhammed  
 Dafia Kaffanis indubi abierunt.

Relatio, Quomodo Infidelis Mon-  
 tecuccoli, pro parte male ope-  
 rantis Regis, Vinarino Suppetias  
 ferre conatus fuerit.

Trans aquam, que arci Vinar, vicina est, com-  
 paruit hic dicitur Infidelis Montecuccoli, &

castra ibidem fixis, qui pabulatoribus, et victua-  
lium nostrorum procuratoribus afflictis, oc-  
casione in Viuae Suppetias mittendi quari-  
sabat: verum Exercitus Islamiticus, praecave  
sudens, Infidelibus in castris suis morantibus,  
duce Kubleli Mustafa Basta, Tatarorum in eos  
deductus est Exercitus, qui ad Insulam Viuae,  
non propinquam, prius Subsistens, die altera  
ad aquae devenit terminos, ubi quadringenti, vel  
quingenti circiter collocati fuerant Infideles,  
quos Tatarorum invadens Exercitus omnes gla-  
dio interemit; aquam praedictam, nado destituta,  
equorum superarunt natatu, et opposita in-  
vaserunt castra; Infidèles hoc rerum visum statu,  
timore perciti, a proprijs sceleribus timidi, et  
recordes redditi, fugam more suo sibi consulere,  
et castris festinando sibi multa deseruere, necessa-  
ria, unde exercitui Islamitico, et captivorum, et  
rerum aliarum, paucis obtingens praeda, fauente  
Deo, Spolys civitatis evaserunt, Sed quia obviam  
habitos Infidèles, nullo modo informatione detecto,  
enecuerunt, computu facto in ijs castris quadra-  
ginta, vel quinquaginta mille, circiter numera-  
bantur milites, quorum duo circiter mille, in-  
terierunt. Hoc peracto exercitus Islamiticus  
nulla ex parte sibi timendum esse penetrasset,  
curam vacuus, obsidionem continuavit. Kubleli  
Mustafa Basta apud quendam interemptum  
Infidelem inuentam literarum copiam, Suppe-  
mo transmisit Vizzio, quarum sequuntur in-  
terpretationes.

Viennam Neosolium transmissis literis.

Mi Amice. Literas decimâ quartâ die, Lunæ  
 Muharram, mihi transmissas, accepi, et recum sta-  
 tum intellecti, protegat uos Deus, si de statu  
 nostro quæritis, Hungarorum status malus est,  
 quia Vinnium à Turcis oblidetur, spes equidem  
 est, quod obsessi non adhuc ita premantur, cum  
 vires sufficientes habere uideantur, sed hoc tri-  
 metur, ne Turca deficiente annonâ, et pro ca-  
 melis pascuis, fluminem Wagum transeant, et de-  
 in Morauiam, aut ad Tyrnauic, partes se con-  
 tendant, hoc enim facillimè facere possent, quod  
 uero statum pacis concernit, de hoc nostro Ce-  
 gato nulla habetur fama, sed potius suspicatur,  
 quod supremus Viziarius de pace, nihil scire, neq  
 ullum dare uelit consensum. Vobis etiam  
 notum sit, quod septem milia Turcarum circiter,  
 et improviso se ad nouam arcem Trinianam  
 contulerint, ut eam subiugent, at tamen nocturno  
 tempore, diui fratres Trin, cum aliquot mil-  
 le Croatarum praesto fuerunt, et suspectas  
 tulerunt, et ad talem pugnam deuentum, ut ho-  
 stium quingenti prope, in loco manserint, ca-  
 teri se fugâ saluare uoluerunt, sed Croata eos  
 insecuti sunt, et eos totaliter deleuerunt, ita  
 quidem fama est, sed rei nulla est certitudo,  
 quid hic in consilijs agatur, neq ego, neq alig  
 scire potest, nisi quod Nadasdius, et Botianq  
 de Capitaneatu Supremo litigent, Cesar non  
 uult, ut de reue Nadasdio, neq militet uolunt  
 Butthianum, aut Esperhazium, attribuent  
 eis, quod pagos quosdam inuaserint, homines  
 iniuria affecerint, et quosdam iniuste occide-

runt, et dicunt, ut Caesar mittat alios, quoscumque  
uoluerit, saeuat iuxta imperata. De Comitibus  
Ratisbonensibus etiam nullam habent nouitatem  
certam: comparuerunt etiam Galli ad comi-  
tia: à partibus Pheni cum magno  
exercitu uenire dicunt, sed ex his partibus nullus  
aduenit. Spes nostra à Deo est, et ab illo au-  
xilium speramus: Generalis Strozzius uenies  
huc per aliquot dies, ut intersit consilio, post  
modum se ad castra conferet.

### Aliae Litterae.

In his partibus ualde affligimur, quia Nobiles,  
qui cum Forgatsch simul iuerunt, ab hostibus in-  
terempti sunt, ut plusquam quatuor mille in  
loco manserint.

### Aliae Litterae.

Dilcte Pater, de mercatoribus, qui iuerunt cum  
Forgatschio, nemo interijt, quia, cum interitum  
ceruorunt, fugerunt, erant Septingenti Mus-  
quetarij Germanici, et octingenti Hungarici  
Sclopitarij, omnes interierunt, uix decem eua-  
serunt, uel capti, uel interfecti fuerunt ter-  
mille: ego etiam cum ceteris captus fui,  
uidique interfectus, sed ope diuina, adhuc euasi:  
cum Exercitus Islamiticus esset in oppido Ha-  
tuan, inde aufugi, uenerat quidam Arosta-  
ta Gallus, et quae Arosta. ille passus est,  
et sequentibus patet, dixit: Quod Supremo Vi-

Lizio à Sultano impositum fuerit, ne ultra quin-  
 quaginta dies in provincijs hostis moraretur, quia  
 inundationes aquarum contingere solent, Vizi-  
 rius suprema putat se intra paucum tempus aue-  
 Viuacini positurum, quod si alio modo fieri non  
 poterit, fiet terre excavatione, postquam Vira,  
 viriunt expugnauerit, intendit adhuc duas exu-  
 gnare urbes, nec habet ultra viginti milia, Geni-  
 tscheorum, et si ex parte nostra arci obse-  
 non succurratur, eius expugnatio certa, et donec  
 obsidionales vix in promptu non fuerint, Supre-  
 mus Viziarius prope ad decem deferre tormenta non  
 curabit, necum cum vix obsidionales in promptu,  
 et ad eas ingressum fuerit, sine metu et periculo  
 ad actiones deueniri poterit; Aaly Bassa cum suo  
 exercitu ad partes Nitrae subsistet, sed requi-  
 sita ad pontem supra Nitram necdum in prom-  
 ptu erant, diuisi insuper, quod exercitum nostrum,  
 qui penas Danubij ripas progrediebatur, exercitum  
 Ottomanicis, ut significatur, ante duos dies proflig-  
 gauerit, et magna spolia obtinuerit, asserens,  
 quod, cum nostros milites inuasissent, eos ebrios  
 esse repererint; iuerunt autem Musulmani  
 magno cum exercitu, et supposito, quod nostrorum  
 duodecim mille essent; sed tandem informatio-  
 nem habuerunt, quod solummodo quatuor mille  
 fuerint, et quia Forqatschlang Sibien proho-  
 nis indutus erat uestibus, existimabatur magnus  
 dominus esse, sed quia magno Viziario de Nitro  
 exigua erat cura, omnes interimere iussit. In

Ex exercitu Islamitico fama est, quod in arce  
pauci sint defensores, quia in eo conflictu ut  
plurimum interiore, abq. fortius, quod miles  
equestris, equo descensus in insultibus, mi-  
litis pedes partes sit actus: et quod Tur-  
ca centum ordinaria tormenta sicum trahant,  
et tormenta maiora sunt tringinta, quiaq. i  
panis bis cocti, et crizza magna est copia,  
et pharamcam gestare poteret milites, sunt  
centum mille: Prig etiam provincias Trinitanas  
sunt inuasuri, et demum Belgradum ad hyberna  
recessuri, et quia Bassa Budensis simul est in  
exercitu, Buda pauci manserunt homines, et  
vacua est urbs, et dicit, quod opus sit laborare,  
et priusquam hostis adueniat, portem transire,  
alias magna oriturus confusio, et quia oneraria,  
seu pondus portantes bestiae, multae sunt, gramen  
exiguum erit, et Rex Supremo Viziere (Africanum  
misit ut militie suam soluat suspensum, et ut  
tempessive ad hyberna reducat, mandavit, res-  
piciant auricularum, qui ceant cum ser-  
gatsch, et Regi transierunt, magna copia ca-  
melorum, et mulorum adest, Annona camelos onera-  
uerunt, pecunias et uestris mulos, fortius etiam  
quod ex Bosnia duodecim mille pedes uenturi  
sunt. Mi dilute Pater, quotidie adsums capto-  
ratores, sed salis, qui rerum statum ira exacte  
sciuisset, nunquam fuit, quia propter etiam eius  
relata scripta fuerunt. Hic prostrata ab exercitu  
Muslimorum fugitiuus, haec hosti resulit.  
Cum ab ipso superno Viziere missum, ut hosti

rerum nostrarum enarrare statum, supposito  
 ses, ad hanc id quod, omnium optimum erat, nempe  
 de munitionibus nihil est locutus. Nunc statum ma-  
 rum obsidionalium consideremus, a viginti iam diebus  
 caelum non pluebat, fassa ad tres vias erant vias,  
 et ex una parte terra auhebat, Deo sint laudes,  
 Exercitus Romanicus in Vithona terra quatuordecim  
 servabat ordines. Primus ordo erat supremi & Praefecti  
 Viziij cum suis hominibus; secundus Deffendarth  
 med Bassa cum omnibus sociis, et suis hominibus.  
 Tertius Mutesaraorum, et Tschausorum; Quartus  
 Sijaahorum, et Armigerorum, et aliquos Phalan-  
 gum Exercitus Augusti cum suis Tanquik Begis.  
 Viziijus Budensis horum erat superintendens, no-  
 tate, dum tyrana pulsabantur. Supremus ipse Vi-  
 ziji usque ad septimam, et octavam horam no-  
 ctis in fossis, de die penes vectores terra, mora,  
 batur; tandem e continua unig diei, et unig no-  
 ctis pluvia in vix obsidionalibus lutum genu erit  
 creuit aliquid, hoc non obstant, et ea die supremus  
 Viziijus ingressus est, uester et pellitium suum. In  
 bellium a capite ad calcem luto coinguinavit.  
 eo in loco existentes aiebant, si supremus Viziijus  
 in hac circumstantia obambularet, nobis conuenit,  
 ut ipsa repam facie, Viziijum alloqueretur. Quid  
 necessitatis habebat, ut ad obsidionaliter ingrediebatur.  
 amicit, et alij hac de re arguentibus supremus  
 Viziijus, alio non habito remedio, sequentem sub-  
 iunxit similitudinem: Tajar qui Misericordiam con-  
 secutus in obsidione Babylonis quotidie obsidionaliter  
 ingrediebatur vias, in respectum se alloquentibus, quare  
 ingredimini ad vias obsidionaliter: Tunde ad locum

Lubus in Costa  
 mine pro Dei  
 causa est huius  
 Paradisi fons  
 H.



credidatur patientia, Amicorum quidam ad eum pro-  
stratus fimbrias aiebat, prohi domine mi, ed non ibote,  
neq; propterea se custodiuit, uerum subsistit. Amig  
ille tandem in hunc proripis scata: de, ibi esse, mo-  
lestia non afficior, sed porrig me, meo affligit debet.  
Per eiq; modi similitudineca respondendo cuiusuis  
preoccupauit discursum... Notis uero tempore seta,  
quinta Infideler ad loca illa, ubi concludantur  
aque ex ara erupentes, quos ibi quinq; inuigila-  
tes, Jenitscheri reputant, et tribus capita demer-  
suerunt, Jenitscherorum unq; suis cariq; et unus  
uulneratus, Jenitscheri isti mane ante suprad  
Viziriium comparuerunt, et remunerati recesserunt.  
Circa medium Septembris. Et eue Lunae, sefex octaua die, faciendo uias in  
desertis, vulgo Gallonias per transversum aqua, per  
se ad arcem deuentum, et terra media aqua con-  
pleta est, sassa: Infideler diuina caritadate tempo-  
re, de nocte uicio, cum uie formarentur in desertis,  
non exigua contingebant certamina, ab aggeri-  
bus enim, selsid, fodientium plurimis uulnerati,  
triginta circiter Martyrio affecerunt: Isua, Illahi  
Spahilatorum Aga, cum terram ageres, in aperto  
subsistens loco, e regione, ab Infideli plumbis per-  
cussus Martyr, euasit. Nona die diua Lunae, su-  
premus Vizirius celebrem illum scribarum caput  
sue principem Schami Zade didum, et praefecto  
suum Zekme Ibrahim Dastam, et co, quia cum  
supremus Vizirius ad uias subterraneas iret, illi  
interca cum duobus alienigenis inuenti fuerunt,  
nullaq; concessa uenia interfici curauit;  
hae de re ab Excella Porta mandatum ve-  
nisse, et postmodum primo post duos dies exe-  
cutionem demandatam, nemo sciuit, eorum

Circa medium Septembris.

enim iniquitates caput supergressa cranii, quas cum  
 superciliis vizirius supercilio ultra nequissimè, occi-  
 dere iussit, quæ de causa, quibus superciliis vizirius  
 decessit. Facissa die, Tachadorum Exercitus  
 ab excursione rediens innumerabiles captivos, et  
 captivas abulit, ancilla, seu femina captiva  
 curibus per castra circumducta, decem quindecim,  
 et masculiores quinquaginta vendebantur, impe-  
 rialibus; innumeros etiam boves, et oves adpulerant,  
 bos centum, et oves quindecim, et viginti vendeban-  
 tur asperis, ad Augustum igitur Exercitum, ma-  
 gna præda delata est copia, Mung occisi Ibra-  
 himi Bashe, simoni Bashe, Niopolitano, collatum  
 scribarumq; princeps factus est diurnalis libri scri-  
 ba, siue Registrator, Musci Efendi, Ut ad pri-  
 mum nos conuertamus discursum, adiuvante  
 Deo, tribus diebus habito respectu, ad profunditate,  
 tem fesse, aqua exierat, et e regione, via, erant  
 intestina. Persici Infideles, scientes, quid eorum  
 imminet caputibus, diu nocturno magnas in destru-  
 endis viis intestinalis impendebant curas, ad cornu,  
 seu partem supercili vizirius incepta intestinalis via  
 prima, summis cum laboribus propè ad muros de-  
 ducta fuerunt; abominabiles Infideles, continuis  
 tormentorum ictibus, intestinalis diruebant vias, ita ut  
 semper à noctis principio, usq; ad matutinum tem-  
 pus eas resuere oportuerit, et quia hoc modo  
 ad effectum deveniri non poterat, ex partibus qua-  
 rundam intestinalium viarum, tot mille, Francos  
 tot mille sacculos, et tot terra adiecerunt cumulos,  
 ut contra tormenta obstaculum opposuerint, in-  
 gressumq; truncis, et baculis firmum reddiderunt,  
 et magnis supra intestinalis vias locatis trabibus,

demum supra trabes sacculis sub et desuper ab ulti-  
bus seligorum libori esse possint, et laboratores  
securig laborare. / omnia consolidarunt, et hac  
uia securae laborarunt. In ferendis parallelis tor-  
mentorum ictibus, nostrorum tormentorum Ma-  
gistrorum singularis erat dexteritas, in Infideli-  
um enim ita collimabant tormenta, ut  
saepe ob nostrorum tormentorum potentiores  
in Infidelium tormenta ictus, Infidelium tor-  
mentorum frustra ad nostras obdionales deci-  
derent vias, quae ad Supremi Vizieris delata con-  
spectum, dexteritatem existimant, tormentorum  
Magistris beneficentiam exhibebat. cum hoc mo-  
do quinq; uel sex Infidelium tormenta destructa  
essent, perfidi Infideles caput in apertum eris-  
gere timentes, diuano tempore ab usu tormen-  
torum desistebant: hoc cognito, et Magistri tor-  
mentorum Islamitarum, ne tormenta nostra  
etiam destruerent, et nos nostra nocturno tan-  
tum tempore exilodemus, aiebant. Nocte qua-  
dam Magnus Vizierus supra regna sua, in  
destina uia, uiginti quinq; tormenta collocare  
iussit, magna omnes occupabantur anxietate,  
se, et ne regna rueret, solliciti erant, ma-  
ne autem facta, nullum plane notatum damnum,  
peritiarum enim et fursium et sacculorum  
et terrae magnam uim opprimere, quomodo po-  
terant? Infideles huic rerum statui non in-  
uenire remedium, et quia eorum tormentorum  
ictus vijs intestinis non amplius oberant, de-  
nocte a tormentorum desisterunt usu: praeter  
terram ad quoduis tormentum unq; et agnit

Supremi Vizirij determinatus erat, admonitus:  
 ut quoties Infideles unò iaculoentur tormento,  
 illi è contrà tribus responderent, cum igitur  
 pro Dei gratiam Infidelium tormenta ad eum  
 redacta fuissent statum, ut amplius usui non  
 essent, ad muros è regione deuentum, et via  
 accedendi aperta est. Ad primos insultus desti-  
 nati manipuli, assumptis animis ad muros usq[ue]  
 procurrerunt, et quia Infideles ad murorum  
 fundamenta, magnos inflixerant palos, et ad  
 eorum palorum bases erant fossæ, primi pro-  
 currentes manipuli subterraneos illos meatus  
 et cryptas, quas Infideles ad murorum basim  
 possidebant, accipientes, capita resecta, et ho-  
 mines, à quibus informatio haberi possit, ab-  
 torunt. Et ita fauente Deo, ad muros applicata  
 manus. Abominabiles Infideles et ignem, et uasa  
 pyris puluere, et arundinibus parata, per plui-  
 ma, catenas, lapides, manuales pyris puluere,  
 paratas pilas, seu uulgo granata manualia,  
 et aluearia, apibus plena, supra populum cui  
 stabat, hi casus sunt, in quos communiter pri-  
 mi procurrentium incidere solent manipuli,  
 Hanc horum rerum statum, Vizirius Supremus, ut cu-  
 niculares aggredierentur, operas, iussit, Veruecum  
 præmissa immolatione, cuniculorum Magistri  
 ad muri ruinas cuniculos fodere ceperunt, sed  
 neq[ue] ipsi abominabiles Infideles impigri, et eo-  
 rum legionum desuper percipiebantur strepitus,  
 quati dicerent, si nos prompti esset, et nos

prompti sumus, et ita transuerso occurre,  
stant meatu, verum ex hac parte cuniculo-  
rum Magistri exclamauerunt, Proh Sultane,  
cuniculi nostri palam euaserunt, iussit Su-  
premus Vizirius, ut in alio tentarent loco,  
aliud cuniculorum fossores sunt aggressi opus,  
verum abominabiles, Infideles et huic contra-  
foderunt, et ita tribus vicibus opus cuniculo-  
rum animaduersum, tandem Supremo Vizirio  
discere, quid agendum? Vizirius eos ut Be-  
glebequm Tracia accederent, et ut ab eo con-  
siliu[m] peterent, mandat: Tracia Beglebequm  
antececenter in sinistro collocatus erat cornu,  
cui propter dexteritatem, et experientiam,  
Vizirius Supremus duos Tugh obtulerat, et uel-  
maxime, quia se hac in obtridione, virum exhi-  
buerat expectatum: erat praeterea vir constant, &  
sincerus, quae de causa supremus Vizirius hac  
in parte ei elegit consiliu[m], dictum igitur  
illi fuit. Infideles tribus vicibus in notitiam cuni-  
culorum nostrorum deueniunt: reposuit, igitur rem  
cuniculi agere, inuano est, sed inferiores muri  
subfodens lacinias, et illas excauabim, subfodu-  
murum fuluis fuluimq[ue] ligneis, finito labore, ful-  
cris subigetur igit, et magis decidet, Supremus Vi-  
zirius consiliu[m] approbavit, Cuniculorum Ma-  
gistro, ut opus inchoaret, mandato dedit, et asp-  
erando ei a Deo prosperitatem, Eum, et suos  
beneficientia[m] et donis affuit fossores: illa adhuc  
nocte generose et iuxta vires opus aggressi sunt,  
unig[ue] triginta quantitas, quinque commissa, fuit  
Fossoribus, et usq[ue] ad matutinum tempus de mu-

"rorum base, i uiginti orgyia fuerunt excavata,  
 "quas suppositis fulcris firmaverunt, viginti  
 "quoad longitudinem, et una et media orgyia,  
 "quoad latitudinem excavata fuerunt, ita ut  
 "in ea excavatione homo ambulare potuisset, mane factis  
 "fulcris ignis suppositus, et mox maioribus percussus  
 "tormentis corruit, et ad aqua fossas delapsus, solo  
 "aquatus est, a millenis forte tormentorum ictibus  
 "tam magna non existens ruina, mox enim ru-  
 "pium et scopulorum instar e fassis eminebat, et  
 "Deo fauente hac excavatione in haecum opera-  
 "tum est, ut uix per duorum circulum eruptio-  
 "nem, tantum operari potuisset. Infideles hanc  
 "murorum cernentes ruinam, abonitiam permansere  
 "runt. Dirutus equidem erat murus, sed magna  
 "adhuc in arcem ingrediendi supermanebat difficul-  
 "tas, montis enim instar aggregata et pendula ter-  
 "ra et altitudo, qua conscendenda erat, quingis ad-  
 "huc erat orgyiarum. Arx viuarino similis in  
 "Obomania non reperitur imperio: Hungaris  
 "cum Obomania domo pacem colentibus, ad Viua-  
 "rinum munimentum, tunc Balankam, a Ca-  
 "sare sexaginta diebus esse statam, et non casu  
 "quodam Beglerbegus Budensis supplicat Tulis,  
 "Hungari cum Germanorum Cesare, facta pace,  
 "et ad pristinum reuersi obsequium, Infideles  
 "hoc iniuerunt consilium, ut huius arcem, seu  
 "cuiusmodi extruerent munimentum, ut hostis  
 "manum suam ad extendere, non auderet, hoc con-  
 "cluso, omnibus circum habitantibus Infidelibus  
 "demandatum, ut Viuarinum terram deferant,

ad eo igitur tempore usque ad annum presentem,  
terra maxima comportata fuit copia, qui curri-  
bus aduchebat, qui unum, qui duo adferrebat, o-  
nera, qui unum, qui plures aduchebat sacos, et  
in unum propebant cumulum, tempore merce-  
tus hebdomadarum, et alijs etiam temporibus, qui  
quis de Infidelibus demum eò tendere, loci Re-  
ctores nec unicum sine sacco, aut onere aliquo  
terre, ingredi permittebant, hac via inter quin-  
quaginta, uel sexaginta circiter annos, tanta  
terre accumulata fuit moles, ut in integrum  
evadere, montem Suppani, quasi inter uno  
ordinatum domuum decursum Septem emineant  
montes: murorum in circuitu quingis, et etiam  
decem ulnarum ceptitibus fortis, et ex parvis coctis  
bonis lateribus; fossarum profunditas trium,  
et quatuor est Orgiarum, in latitudine tamen  
ut curvus transit, cum hac arce similitudinem  
aliquam habet, arx Sophia, sed tribus vicibus  
fortior: hæc, Deo fauente, domus Romanus  
potita est, et ad populi Muhammedum devenit  
potentiam, et quod eam capuimus, et sub-  
iugauerimus, infinitas, et superabundantes  
laudes et gratias dicimus, ad Portam Dulce vito-  
riarum. Quæ, fauente Deo, solidis illis muris,  
cum nostri spores abominabiles Infideli ab insis  
exoro, ut eum per plurimos annis in suo conseruet  
"favore. Haud felicitatis limen in Bucis ne-  
"gotijs nos candidè et sincere egisse, manifestum  
"est: ita ut in antecedenti lenitate persisteremus,  
"et etiam ad hoc usq. tempus apud limen felici-  
"tatis vestrae idem factum, quò de causa sum-  
"mopere nobis confidimus, quod uos in eadem  
"lenitate, sicut Pater uester, subsisteretis, et ad-  
"huc de super magis stabilietis, quia etiam ego  
"ex parte mea omnem possibilem impendam  
"conatum, ut bonam illam, et feliciem pacem  
"stabilem. nobilitati vestrae perspicuum est,  
"quam magna damna, et uilipensiones à per-  
"fido illo Mosco, doming meq. tota Polonia,  
"et Lithuania exspecta sit, nam congregatis  
"populi, arces et ditiones nostras violenter  
"eripuit, his à Mosco inceptis negotijs, aliter  
"obuiari <sup>non</sup> potest, neq. arrepta aliter recipi pos-  
"sunt, nisi per conuentionem Exercitij, per arma,  
"et pugnas: qua de causa spes nostra in Sultano  
"collocata est: in hoc particulari Doming meq. à  
"dignitate Chani Tartarorum fauorem sperat,  
"ut cum in illo itinere, bellus ipsemet in portu,  
"na non exisset, ut sua Materias Marting, et  
"generosissimus Rex illis scribat, et mandet. Nos,  
"totumq. Regnum fauente Deo beneficentia Sul-  
"tani nostri non obliuiscemur: est enim uoluntas

72 71  
nostra, nos esse promptos ad sequitria uestra, de  
cetero mandatum pecuniae ad dominum nostrum.

Serug Vester.

Stanislaus

*Opia Litterarum Cancellarij  
Nicolai.*

Felix, magne, et fortunate. Vixi, venerabilissi-  
me, et humanissime, et felicissime mi Sultane.  
ad Vestram praesentiam exhibita sequitiorum meo-  
rum oblatione, ualde laetor, quod Maestas Excel-  
si Dei uos in eum collocauit gradum, in quo collocatus  
erat Pater uester; Pater uester magnanimo mihi  
semper summopere addictus erat, et sauebat eumq[ue]  
veneratione, et reuerentia, omnibus saeculi, et in  
Deum confido, quod Sultanus meq[ue] hoc in gradu per  
plurimos stabilietur annis, quod candidissime  
exopto. Quem admodum ad hodiernam usq[ue] diem  
inter Maestatem maximi, et Magnanimi Re-  
gis Ottomanice stirpis, et inter meum domitum  
Regem bona amicitia, et vicinitas, et pax re-  
uerentia, conseruata; ut etiam inter nos in  
seruitijs, et negotijs una sit unio, et unitim ne-  
gotia persolvere, et de die in diem nos inuice  
mutua colere reuerentia, ualeamq[ue], necessariu  
duxi, has literas Sultano meo scribere, et in-  
mentem reuocare et significare, propositui; quod  
Dominus meq[ue] Rex Sanctam hanc pacem utriusq[ue]  
a Praedecessoribus stabilitam, haetenus cum Maestate  
Magnanimi, et potentissimi Regis stirpis Otoma-  
nicae conseruauerit, et sincere manenteuerit, si

etiam quamdiu nos erimus, huius Sanctae Pacis ob-  
servacionem per posse, et scire nostrum conservare,  
sudebimus, et ut, pro ut hucusque observata fuit,  
etiam observetur, denique in his negotijs ista, quae  
necessaria sunt, meo Sultano transcribo, nos hacten-  
us in nostra parte nec in minimo erravimus pun-  
cto, et ut in posterum etiam punctualiter obser-  
vetur, cura nostra erit, et spes etiam mea firma  
est, quod in interno cordis mei Sultani, quid aliud  
non erit: quod si quid esset, supponimus Sultatum  
nostrum eiusdem esse animi, sicut fuit magnanimitas  
eiusdem Patris, qui toto corde tendebat conatu, ut  
inter Maiestatem Maximi, et felicissimi Regis  
Othomani, et inter fortunatissimum Regem meum  
semper esset unio, quam et valde benefice stabilivit,  
Sic nobis etiam nullum dubium, quod ex parte nos-  
tri Sultani idem continget. Meo dominique a felici-  
tate Divina auxilium, et opem imploratis, inau-  
merabilia sunt indecentia illa damna, et ludi-  
bria, quibus perfidus Moscorum nos ad colligendum  
Exercitum, et ad eundem contra se movet, si-  
quidem ille totius Exercitus collectione, necessitas,  
nos supplicias alias non proestolamur, solum Sulta-  
num nostrum pro Mediatore requirimus, ut ad sui  
potentissimi Regis aures deferat, nos significare,  
quod dominique meo non animo augendi Regnum, ve-  
rum ad recuperandum, quae a Regno sunt auulsa  
adlaborat: mediante notitia mei Sultani, felix  
Dominus meo sperat, quod res Maximo suo Regi in-  
notescet, quodque Maiestatem Maximi Regis sui, eod-  
deducet, ut dignitati Tartarorum Chani mandatum  
transmittat, ut finito bellio illo itinere nobiscum

Se cum exercitu suo in persona uniat, cum  
 Marcus Domini mei sit hostis, etiam Maiestatis  
 Maximi Regis et Sultanis hostem esse, fidem dabit, &  
 ideo Sultani meae, et Maiestas Maximi Regis circa  
 iter hoc bellicum eiusdem erunt sententiae, vorum  
 literarum harum sensus in alium collimat finem;  
 Rex Poloniae annum hunc ab expugnationibus et  
 victorijs in ceteris Annalium memorijs non repe-  
 riri inaeclytum, et fatales, quibus Germanorum  
 Caesaris caput subiectum erat, considerabat stella,  
 et quia a tempore iam multo, literis non comparue-  
 rat, scordes animo, et gaudijs Infidelis Poloni, ab  
 aurium confortarum admoniti exemplo, reuersionis  
 suae ex eo cognouerunt pariter necessitatem, quia  
 Germanorum Caesaris arces, munimina, et Palanka  
 numero uiginti quinqs abrepta fuerunt, et hostis  
 omnis, Ludibrii Tuis, et uiruperij, sic se insinuandi  
 nunc esse credebant. <sup>tempore</sup> sperantes in Deum, populi Mu-  
 hammedis, sibi anno sequenti fruendum esse benefi-  
 cijs.

Contempserunt  
 Super terram, et  
 iuderunt, quales  
 sint fines, et exi-  
 ty & Trauorum  
 sent. H.

### De progressu Kaplan Bassa.

Kaplan Mustafa Bassa, et Jali Aga, qui cum  
 Tartaris ad inuadendas Trinianas diuisiones emissi  
 fuerant, Supremo Viziario huius tenoris scripserunt  
 literas: Mouimus nos uertq Trinianas diuisiones, se-  
 quia in locis, ubi transiri potest, Infidelium, qui gehenna  
 sunt diuisiones, castra ad arcendum transiunt, subijlebant,  
 neqz aliam transeundi inuenimus viam, cum exercitu  
 Kalui et inuolunt rediimus. Kaplan Bassa Canisam,  
 et Jali Aga cum suis decem milibus Tartaris quin-  
 qz Ecclesijs, et caetera Tartarorum cohortes in  
 Patsekiam trans Danubium ad flum Chari Tarta-  
 rorum trans,



circa medium Decemb.

invenunt hybernatum. Omnibus in suis existentiis  
hybernatis, Supremo Vizirij die tertiâ Luna Jiumazi  
Lewwel anno millesimo Septuagesimo quinto, tri-  
gesimâ ad hyemis principio die, fortuna illustri  
magna cum equitatu, et pompa Belgradi sua occu-  
pavit hyberna. Ad Spec in Belgradum nulla re-  
rum premebat penuria, frigora quidem comitabantur,  
et contra congelatâ viâ nullò pergentes impediebant  
luto, et si ventoria gelu ad terram figerentur, ignes  
fiebant; debiliorum animalium non considerabilis  
inferibat numerus, subinde quinq; et etiam decem, et  
subinde viginti de die crepuerunt. Miles pedestris salti-  
tando, et cantando, unq; aliorum excitando suum perfi-  
ciebat iter.

### Relatio de Literis Palatini Capitanei Generalis Hungarorum.

Mihâel Apafi Transylvanice Princeps Supremo Vi-  
zirij obtemperans mandatis, Hungaros, ut Otoma-  
nice Imperii Regi obsequij prestarent homagium,  
literis inuitatoris, præter hæc etiam divulgari-  
sima, plurimos Hungarorum, ad Supremum Vizi-  
rûm Belgradi morantem, transiisse. Palatinus  
Supremus Hungarorum Capitaneq; vir anxius, his  
perceptis, equitibus Hungaris, ceterisque subditis  
seductorias quasdam transmisit literas, quæ cum  
ad Transylvanice Principis pervenissent manq;  
Princeps illas Supremo Vizirio Belgradi vigesima  
die iam subsistente, suis inclusas quantocumq; trans-  
misit.

Interpretatio Literarum Palatini  
Die vigesima Lune Naby Lachyr deueniunt ad manq;

nostras literas illas, quas Transylvanica Princeps  
 Michael Apafi in campis Viudriensibus ad Regem,  
 et distractus scripsit, et transmisit, qua de re nos  
 valde obstupescit sumus, non dubitamus, imo cognita  
 nobis est, quod eiusmodi literas ad omnes partes, Hun-  
 garis transmisisset, qua de causa illis responsum dare,  
 vobis autem his literis hac significare et manifestare  
 desideravi: commemorati Apafi diligenter considera-  
 ui literas, ex quibus colligendum, quod quinam induc-  
 rit formam, et in interno sit detrahorans lupus, et  
 sub hac forma ad nos venerit, novit Deus, propter hoc  
 negotium, me statim Apafi condoluisse, quia fraudulen-  
 ta illa gens, isto mediatore, nos decipere, et sub suam  
 trahere iurisdictionem, tandem iniurijs, et hostilitati-  
 bus nos subjugare intendit. Verum ille, qui nudus, et  
 inops est, alteri uestes, et tegumenta, seu facta pro-  
 mittendo, quantam committit inurbanitatem, et qui  
 iuramento obligationis obstrictus est, mediatione sua,  
 illis, qui ad partes supremi Imperij utuntur, sunt, dam-  
 norum evitacionem, nullumque dampnum in suis sub-  
 stantijs, opibus, et divitijs fore stipulatur, Apafi  
 Transylvanica Princeps, qui nos, nam agit, donec pro  
 sua effluere potuit ditio: uel in hacne consistit  
 felicitas, ut ad mandatum Ottomanorum surgat, et  
 ad illorum se conferat castra: reflectite vos, etiam  
 ad quem statum Turca Transylvaniam redegerint,  
 et quo enim tempore, septem Transylvanica Prin-  
 cipes permittauerunt, si antecederet Senex Ragozi  
 ad illorum fraudibus se pecunijs non defendisset,  
 ita etiam cum eo existens: scilicet autem eius Georgium  
 Ragozi generosum virum, postquam illis tot serui-  
 tia prestasset, centum mille, quatuorcentis praeteritq,  
 donec eum interfecit, et in eius locum Franciscum  
 Redai principem Transylvanica fecerunt, et illius

Ragozi excluderunt, post eum Bartschajum, et  
postea Joannem Kemény, qui postquam mortuus fuisset,  
contra Regni consuetudinem Apasium intruserunt,  
et elegerunt, et postquam eius Subditi aliquid plus pro-  
miserunt, eum etiam postmodum stabilierunt, praeterca  
Graeci, serui, Bulgari Consuli Ottomanorum Identes  
verbo, verba observata fuisse experientie fuerunt?  
seruatumhe fuit Ottomanorum Verbum aliquo tem-  
pore? et in literis pacti datis promissis steteruntne?  
illorum proles, nunquid veluti armenta pellunt, et  
abripunt? de hoc particulari non est opus loqui, sed  
testimonij loco ipsa Transylvania, quantum a tem-  
poribus Solymani illig exereuerit tributum, et ad quem  
Transylvania Principes deueniunt statum? quod si  
ipse Apasi loqui auderet, orbi utiq; statum suum ex-  
plicaret, et declararet, quam opusculus est ille populus,  
cuius pastor, et lupus, et qui nihil aliud exequi, seu  
agere potest, quam mandatis obtemperare, idne po-  
pulus Hungaricus sustinere possit? Comitatus Nitren-  
sis, Bekeziensis, Hortensis, Nouigradensis, qui ab aliis  
quot iam annis Turcis tributum dederunt, quam inde  
illi habuerunt utilitatem? consideremq; num non illos  
igne affligerunt, et deuastauerunt, et in captiuitatem  
abduxerunt? Et quae Turca accibus Nouigrad, Gimet, &  
Pilitisch, et Erta, et Puzhot, Dorne, et Abaiuuar  
promisit, illane verba obseruauit, contentusne fuit  
illo tributo, quod se accipere uelle promisit? nonne  
omni anno, quia imò omni mense noui aliquid inuenis,  
et iniuria aliqua afficit, sinitne pauperulos subditos  
panem comedere? et pauperes subditi atrociter quid  
facient? postquam pagus unq; suum exhibuit obte-  
quium, et tributum dedit, pacifice ne in suo Incola  
sedere possunt pago? certum est, quod si Ottomanos

Hungaros devineceret, Hungari trucidarentur, et  
 captivi abducerentur, et illorum substantia in pae-  
 dam daretur, quid utilitatis acceptum est? nemini  
 in suis imprudentibus petitionibus sauerunt, illos ne  
 reliquit in suo statu? Illorum domos, et muros in-  
 tegrosne reliquerunt? Nunquid prope pulvere  
 illorum domos, et aedificia terrae coaequarunt? hinc  
 sequitur, quod illorum Hungarorum, qui verbis  
 Romanorum credunt, status talis sit, sicut. Vo  
 vo tibi, mi Araf, ah vo, tibi plus loqui non est  
 necesse, compatimur statui tuo, tibi ipse illud pro fine  
 discursum dicere volumus, quod in facis liberis  
 Hierosolymam tangit, de fte te ipsum, de fte proles  
 tuas, fleas mi amande popule, notum vobis sit,  
 quod Transylvania, in penam vestrorum pecca-  
 torum Turcarum verba secuta sit, quod si in tri-  
 butum condescenderit, non ideo tranquillitate stui-  
 tur, et certum est, quod ad instar Moldaviae et  
 Valachiae futura sit, omnes igitur circumspecti  
 estote, illud, quod Araf scribit in suis literis, vos con-  
 siderate, vobis dicit Araf, Romanorum Regi ob-  
 sequia praestate, hoc obsequium duplex est, unum  
 est, simul esse cum Romanis, et illis tributum  
 dare, sed a suis substantiis alienum esse, quid quid  
 habetis, illis dandum, et postea etiam domino nostro  
 Regi obsequium praestare debetis: Alterum est,  
 quod recedatis ad obsequium domini nostri Regis, ut  
 sitis in obsequiis Regis Ilamitici: primum obse-  
 quium praeter hoc, quod omnibus quibus spoliabi-  
 mini, postquam obligabimini obsequium praestare  
 alicui ex Regis: mi Deus! tandem mutabitur  
 simulque, et eis loco substituetur bre don-uz,  
 id est, apage porce: bre Kaha'ogli, id est, apage

Meretricis filii: nunquid tu meum es mancipium?  
fac hoc cito; quando perceperis has meas literas,  
intra tot dies hanc uel illam rem mihi adferas,  
quod si non adferes, faciam tibi fluere per nares  
illud lac, quod ex uberibus matris tuae suxisti: et id  
obsequium alterum erit hoc, quod difficile erit, in  
conspicui Dei, et totius Christianitatis, et Cæsa-  
ris domini nostri, que nobis erit facies: nunquid  
perducelleris, et rebelleris eritis, et horum indignatio-  
ne digni euadetis: nunquid nosse populi uniuersq;  
discreturus: huius populi fraudes bene considerate,  
discurrite desuper discurrere: nostras literas ex ten-  
deremq; ultro, sed breuitas est nostrum desiderium:  
rogo uos per Deum, et animas Herouorum Pre-  
decessorum uestrorum, in deuotione Regis nostri  
constantes estote. Relationibus istius Apasi, et  
Verbis Romanorum nullam date fidem: permanete  
in obsequio Domini nostri Regis, qui iuxta diuinum  
mandatum dominus nosse est; quod si adhuc aliqua  
lis erit molestia, parum de patientia habete, cum  
authoritate Domini nostri Regis ego sum Pulatinq;  
iureo per Deum, cuiuscunq; qui perductionem im-  
miserit, quod nullo modo illi ignoscetur, nec ulla accepta-  
bitur excusatio, fauente Deo paulo post uidebitis, quod  
Romanorum Victoria sicut bulla, aqua transitura  
sint: quia in illis partibus sunt perductiones, et Chris-  
tiani innumerabilem colligent Exercitum, quem  
terra ferre non poterit, et cum illo aduenient, &  
quamuis sing; peccatores, et propter peccata nostra  
afflicti fuerimq;, nihil omnia Maiestas Excelsi Dei,  
nos non reprobat, itaq; necessarium est, ut nos phra-  
meis cingamus, nos et nostrarum domorum Incolas de-  
fendere diligentiam impendamq;, peccat potius mori,  
quam Quæres, et proles nostras in captiuitatem

Ottomanorum abduci permittore: bellicoso populo  
 Hungarorum praestat mori, priusquam sicut uiles  
 alia nationes se submittere Ottomanis: O Apafi non  
 mentuum quidem est Princeps Transyluania, sed in  
 effectu tu non es talis: ego tibi do consilium, si ad  
 conspectum Supremi Vizirij tales literas, quas scripsi  
 tibi, uentura sunt, nos non tales patiemur, calami  
 tates, et hostilitates sicut Transyluania; quidquid  
 demum afflictionis habeamus, et a Maiestate diui-  
 na, et a Rege domino nostro supplicat speramus,  
 Ottomanis cum nostris prolibus, et rebus nihil erit  
 negotij, O Apafi non agito secretarium Ottomanorum,  
 nos ad eorum obsequia non inuitato, non licet tibi hoc  
 facere, tu in Ottomanorum constitutus castris, Re-  
 gi domino nostro ita resignantes scribis literas, de ca-  
 tero tu protegeris a Deo. Datum in ante. Muran  
 primi diebus mensis Iunij.

circa medium Dec.

P. S. Si reperiantur, literarum Apafi latores,  
 nobis transmittantur, aut in locis ubi deprehenden-  
 tur, puniantur, et literae nemini exhibeantur

## Relatio de apparitione Castrorum

Supremus Vizirius in hybernis Belgradi diebus ali-  
 quot in quiete insumptis, mente demum ad anni  
 sequentis operationes bellicas conuersa, remisit ad  
 quatuor partes cursoribus, mandatis militem his  
 de nouo citat uerbis: Anno praecedenti hosti contortus  
 esse aures, et hoc anno iter factuum bellicum, ut ad illud  
 se disponerent. Ad fulgidam Cordam Kamekamo nobile  
 transmissum mandatum, cuius tenor: ex officina  
 tormentorum Magistrorum tam fundendo, quam iaculando  
 praestantiores cum formis, terra, ac ore, ac alij ad rem

tormentariam necessarijs, et proprijs requisitis / quia tri-  
" ginta maiora, et ducenta circiter ordinaria tormenta, cum  
aliquot, ut uulgò uocantur, colubrinis, ad operandum necessa-  
" ria: / quantoque Belgradum transmittatis: Kaimekanus  
acceptis mandatis, nullà interposità morà, Belgradum  
petita excediuit; adueniunt cò Fusores, et cum ad  
fundendum se disponerent tormenta, fama aduolat:  
abominabiles Infideles collectis Copijs Duce Frinio, et Bo-  
" thyani, cum quinquaginta millibz Croatis, et triginta millibz  
Germanorum, et quadraginta tormentis in proinctu esse. Res  
ita inopinatè contigit, ut priusquam fieret, nullà a  
consingijs hac de re perueniret informatio. Infideles  
impij exultis Palankis Bersenetze, et Babotscha,  
et emissò datà Fide. populò Muhammedinò, uigerimà  
secundà die Luna Sumazi Lachyr ad Sigethum  
progreffi, quendam Mehemed Agam, quem Supremus  
Vizirius certorum negotiorum causà Canisam mise-  
" rat, hoc in loco inclusum detinuerunt: Supremus  
Vizirius rerum harum habità notitià et ad Tactaros,  
et ad ceteros in hybernis existentes milites iussa misit:  
Belgradum Sigetho quidam rustica, indutus ueste as-  
" pulerat, qui à Mirad Bege, et Mehemmed Aga ad Supre-  
" mum Vizirium literas, in quibus subsidium petebant, ab-  
" lerat: Magnus Vizirius neqz Canisà, neqz Alòà Regali,  
neqz ex alijs consingijs quemquam comparare admiratione  
rèpicbatur, aiebat, nullè trahendæ moræ, hosti obuian-  
" dum, Sigethum liberandum, repetebat mandata; Supre-  
" mum militiæ. Ductorem Ossekij in hybernis morantem  
Muhammed Bassam declarauit. Tactarorum Exercitium  
et Bassæ Albæ Regali, et Bassæ Janouæ, et Kaplan  
Bassæ, et possessoribus Coloniarum in Zornik, et in  
hybernis existenti militiæ, ut se ad Muhammed Bassam  
conferant, et congregent, scripsit. Infideles Impij autò

Vigesima sexta die Guimazi Lachyr ad Sigethi se  
 applicuere obsidionem: Sigethum munimentum  
 suum, et solidum a quatuor ~~partibus~~ partibus maris  
 instar paludosis circumgyratur, aquis, uerum quia  
 tempore illo a gelu, et a niuibz congelata, et soli  
 de euaserant, magis erat periculum: qua de causa  
 supremus Viziarius, demum per omnes partes lite  
 ras et mandata emisit. Tartarorum Chani filio  
 Ahmed Kirai in Patschkia, et omnibus Begis,  
 et Bassis demum imperauit, ut se cum Muhammed  
 Basta in Ossek coniungant: literae ad Ahmed Ki  
 raum ita sonabant: mi fili tibi conuenit de die  
 indiem generositatem fides, et honorem Regium recu  
 perare, una die utiq; uenies tu in propria persona,  
 et cum Muhammed Basta in Ossek coniungaris, quia  
 nos etiam in proinctu sumus, ut personaliter illuc  
 eamq; fauilitabit forsitan Bey negotia nostra, primum  
 discedam, corroborate igitur brachia uestra proeli,  
 gerando Sigetho, quia se iam congregat Exeratus  
 apud Muhammed Bastam in Ossek: In partes uero  
 Belgradenses mandata emisit, ut ibi circumia  
 dentes milites pro quarta die mensis Regeb sint  
 in proinctu; secunda die huic mensis exposuit  
 fuit Tugh, mandatum suis pariter, ut neqs ten  
 tona, neqs camelos, neqs grauiora secum ferri  
 rent impedimenta, sed modo aduenient agili,  
 quia intra quatuor dies Ossekum ibitur, in  
 promptu existentes, quarta, et quinta disces  
 serunt die, et quarta die. Mensis Regeb in Semun  
 castra steterunt; una die quicuerunt, militis id,  
 quid ardui esse videbatur, dicebant enim: quom  
 modo quis potest progredi, quale hoc infortunius  
 brumali tempore exire, et sub die pernoctare.



Supremus Viziug Ahmed Bassa etiam discessit, et  
in Castrensi substitit Jugurio, dixitq; qui uult  
uenire, ueniat, qui non ueniet, stipendijs priuabitur  
ad compellendum Exercitum inferioris partem par-  
tis Hasan Agam, unum de suis Aghis Belgradi con-  
stituerat, sed nemo sequebatur, Solus Supremus e-  
rat Viziug cum octoginta suis Aghis, mille suorum  
militum, et aliquot de suis sequacibus, et duorum  
millium Jenitscherorum turma; paruum sibi coigi  
curauit stratum, duo solummodo Aghis concedens ten-  
toria, ceteris in niue, et glacie subsistendum erat,  
in scrobem res delapsae esse uidebantur, uerum nun-  
tius adest felix. Infideles post quinq; dierum obsidione  
super niuem, et glaciem duob; dieb; integris Sigethum  
frustra insultib; tentauisse, obsessos, tormentorum, Sile-  
porumq; procellis Infidelium elusisse conatib;, Septuaginta  
captos, et quot glacies necdum totaliter deglutiuere faues,  
ab excurrentib; obtinuit, obsessos, eorum capita in ho-  
stium terrorem ad muniminis propugnacula exposita fuisse.  
Infideles igitur nullo damno illato, sublatis castris,  
Quinq; Ecclesias progressi sunt. Luna. Reges quan-  
ta die, Infideles Quinq; Ecclesias milite cinxisse  
relatum. Tame huius queculorum iungebantur  
fletus, querebat Supremq; Viziug, num non dere-  
litis hybernis miles apud Muhammedam Bassa  
se coniunxisset? responsum autem: felicissime Vi-  
ziri, Muhammed Bassa solq; et sine Exercitu in Schatch,  
Klofzam se recepit: Jali Aga cum duob; millib; mili-  
tum in Ofsek comparuit, sed ad rei non apti necessitate,  
de cetero nec duo uidendi Tartari. Hybernorum unig  
ab altero distantia ueloci obrat uicini, que Sup-  
petias ferendi ergo non intra, quinq; uel etia decem  
contingere poterat dies: hac de causa Supremq; Viziug  
afflictus rem Deo, ut uero Adiutori committenda. Infideles  
Impy Exere

tum Islamiticum non comparere, uidentes, occasione  
 prompta quindecim, uel uiginti circiter millia suo-  
 rum ad Ofsekiani pontis limitem existentem Palan-  
 kam Darda ductam inuadendam demiserunt, inuase-  
 runt, et ea in cinerem redacta, suas in Ofsekia,  
 una diuidendo ponte insumserunt dies: diruto pon-  
 te, magna ad quinqs Ecclesias locauere castra, ali-  
 qua ex parte castro, sua arx, non exigui causa timoris  
 erat, sed certitudo ad defendendum locum uisitoru  
 Musulmanorum, animosam resistit quietem. Cum  
 Supremus Vizirig in Demitrouiczam peruenisset  
 suspirabat, inquiens: O ubinam a dexteris, et sinistris  
 adueniret militia; uerum tanta existente hyeme, quomodo  
 appaerebant nisi sibi de capitis timentis periculo: Con-  
 uenientibus intra quinqs dierum terminum triginta  
 circiter militibz Ther erat, Quinqs Ecclesias ab ob-  
 sidione liberandi, ni pontis Ofsekiani impediret  
 demolitio, qua Infidelis in proseguenda obsidione  
 magis securus reddebat: Deo res commissa, sed quia  
 a Deo populo Muhammedico facta promissa: nolite  
 timere, et contristari, quia ego uobiscum sum: est euiden-  
 tissimum argumentum sua beneficentia, nona, et  
 decima die mensis Regeb magna militiae copia  
 apud Muhammed Bassam se congregauerat, Bu-  
 densis aderat militia et loci illig Musellimi, aderat  
 Mustafa Bassa, et Alba Regali, et omnes milites ex  
 obuijs a Strigonio Palankis usq in Ofsek: Item  
 Bassa Si Kariensis, Begus in Tschanad, Begus in  
 Tschiturna, qui erant ad decem circiter mille,  
 qui se cum Muhammed Bassa coniunxerunt: de  
 Tatarorum exercitu autem nec duo quidem Tartari  
 simul uniri poterant. Supremo Vizirio in Demitro-  
 uiczam aduenienti a Muhammeda Bassa citra

aduenerunt quorum sensus: Nunc apud me in Sikelis  
multi sunt milites, Quingz Ecclesys Vir quidam aduenit  
qui retulit impior Infidelis, percepto motu Exercitqz Ista  
mitui; terrore perculsus terga uertisse, et ad fugam se di-  
profuisse: nunc aliqualem habemqz militiam, et si hostis  
nos non auerterit ad militiam apud nos existentem, ad illo-  
rum auedam castra, Deqz sauetis, nostrum in uestris precibz  
non obliuiscamini. Reute etiam ex ditionibus Bosnia  
milites aduenerunt, ueluti Kaplan Bassa, et Ismaelii  
Alai Regi, et Bekientes, et Dornikienses, qui se Muham-  
med Bassa coniunxerunt, hac coniunctione facta, Bassa  
nulla interposita mora ad succurrendum Quingz Ecclesys  
contra Infidels progressus est: sed quia odor hic ad In-  
fidelis peruenerat: timor quidam illorū inuasit corda. U-  
neqz itaqz Reges nocte nona solutis ad Quingz Ecclesias  
castris, deperdiri, et confusi fuerunt, et recesserunt, hic  
dicta Luna nona die Muhammed Bassa pariter suo  
cum Exercitu progressus, duodecim horis ante Muham-  
med Bassa aduentum e loco discesserant Infidelis; Mi-  
les cum illis ad pugnam auibus, Dei sperans sauetem,  
hos a tergo intecutus, tribus antecederet nuntiat  
diebus, et quia eorum pedestris miles copiosqz, et impedi-  
menta secum habebant perplurima, Sigethum ubi  
plurimos suorum perdidit: et causa erat illis  
a fronte, qua de causa eorum pauci uel nulli euasuri  
credobantur: Exercitus Islamitig posteriorum Infi-  
delium continuo affligebat aciem, per plures frigore  
conquere. Infidelis, et qui frigoris fugiebant aperi-  
tatem in Sigethi, et Janise militia incidenter manqz  
interimedantur, Supremqz Vizirius antie aliquam pre-  
stolabatur informationem; desiderata igitur et Quing  
Ecclesys, et a nobilioribus prouinciae, qui ibi inclusi

fuerant, et à Murtaza Bego Mohaczensi Supremo  
 Vizirio peruenire Litera, quarum hic erat sensus felix  
 Tactane Zing, qui Quing Eclesias cum Croatis, et Den  
 manis militibus, qui circiter numero uiginti mille erant,  
 in summo frigore obsederat, per duodecim dies, et duodecim  
 noctes continuas tormentis, et Musquetis ualde afflixit, u  
 niaulos tribus in locis suffoderunt, impressionem in arcem  
 fecerunt; uerū e contra in arce existentes valorosi mili  
 tes excentes illorum aggeres inuasunt, et plures Infideles dis  
 seuerant. mi Sultanis subditibus Imperij Regis nostri, Rex  
 Quing Eclesias, nullū passa est damnum, supponebant, quod  
 felicitas uestra adueniret, et nocte noni diei mensis Reges  
 aufugientes abiierunt, insecutus est illor exercitus Islamiticus,  
 adiuuante Deo pauci Infideles euadent, quia donec ad sua  
 ditionem perueniant, sex dierum itinere, opq habent,  
 et pedes liberi non sunt, progredi nequeunt. Supremus  
 Vizirius aduententem cum nouis Virum et ueste et  
 alijs honorauit modis, Murtaza Bego in suendis ab  
 obsidione Quing Eclesias summe commendabatur ua  
 lor, nam apud se existentem populum, et iuramentis  
 et stipulationibus, quod se ad extremum usq halitum  
 defendere, et hosti arcem tradere nollet, obstrin  
 gendo, arcem, cuius exterioris partis muri aliquantulum  
 collapsi, conseruauit. In arce interiori utcuq nu  
 mēta non nisi unum reperiebatur tormentum, quod  
 Murtaza Begus die noctuq nunc huc, nunc illuc  
 ad decem circiter loca, collocare, et explodere scie  
 bat, et hoc agendi modo decem in arce esse tormen  
 ta Infidelibus persuadebat. Obsidentes virum quen  
 dam ante arcem captum, oculis obligatis, ne quic  
 quam uideret, ad quandam deducere cauernam, vi  
 rum in cauerna iam existentem, uelō ab oculis soluto,  
 interrogabant: ubi es tu? reperuit Captiuq: ego  
 nescio, ubi locorū sim: dixerunt ergo illi Infideles: ista

Caucena uocatur cuniuly, seu furing, et est sub arce.  
Afflictum illum postmodum demiserunt. Vir hic auct  
ingressus ad Muatazam Begum pelys, dixitq; illi  
Clam: Ego noui statum, qui Capiti tuo imminet, Mur  
taza Begus illius Virum abripere, et in carcerib; ita  
abscondere fecit, ut nemo de ys, qui in arce crassebant,  
cum eo loqui posset. Supponebat enim Virum hunc in  
ualescentem descendensium Zelum imminuere, et ad  
pusillanimitatem deducere posse: nec Iudicis loci omis  
sanda generositas, Supremq; Virorum Testi  
mony's comprobata generositate, mercede dignam  
Christimans, factis Muataza Bego appreciationibus,  
et eiq; encomijs decantato ualore, Alun Quings Ec  
clesiensis vexilliferatus prouentib; et Iudicem decem  
mensium in Iudicis sui officio ultra tempus stabilita  
to honorauit. Accurrerat Ahmed Kirai Khani Tartaro  
rum filius, et Temisuariensis Begus supra Danubij gla  
ciem copijs suis, tardius autem, quia Infideler in  
suas iam reuerti fuerant ditiones: Kaplan Mustafa  
Basta in suas ditiones reuertentes, Infideler a tergo  
uelitando insecutus, ducenta capita, et aliquot carenis  
vinctos atulerat Infideler, tenuerat equidem hic  
ipse Kaplan Mustafa Basta, posteriorem Infideliu  
perrumpere aciem, re autem ad uotum non succedente,  
quid quid uelitando, auedendo, et recedendo perfuere  
potuit, non intermisit: congregatus Exercitus Illami  
siq; Calankis, et praesidijs confiniorum vicinus, Muham  
med Bastam Sigethum, Kaplan Bastam Poffegam,  
Capitaneum Bekicensem Equitatus Bosniensis Begu,  
et Budenses Musallimes ad Kopan, et Karosuiuarini  
praesidia, Temisuariensem Bastam in Quings Ecclesias  
et aliquot cameras Jenitschororum partim in Quing  
Ecclesias, partim in Kopan, partim Karosuiuarinu  
cum sua annonâ, et in uentibus subsistere fecerunt

et quisque suis attendebat dispositionibus. Supremus  
 Vizeris Ahmed Basha reversus, Demitrouicza discessit,  
 et intra duos dies Belgradum, quae fuit dies vigesima  
 quarta Lunae Regeb, ingressus est, propter hyemis in-  
 tensionem inexpliabile passus est frigus, ubique erat  
 glacies, et per Danubium, et per Savaam supra glacie  
 transcendendum erat. Belgradi autem pontem destruere  
 et super Savaam navibus transire oportebat. In hoc  
 felici itinere bellio multa molestia, et multo sufferere  
 di erant labores. Hostis Infidelis valias nihil tenta-  
 turus, visa occasione progressus. Supremum ex Bel-  
 grado exeuntem Vizerium, quingenti solummodo  
 comitabantur milites, alij in suis quiescebant hyber-  
 nis, et intra triginta dies non plus, quam decem cir-  
 citer mille conuenerunt. Infidelium autem circiter  
 quadraginta, uel quinquaginta millia fuerunt: sed  
 disponente Deo priusquam inuasi fuissent, et relictis  
 in Bersenore, et Babotscha Palantia trecentis  
 Infidelibus abiuerunt, et fugerunt.

Circa principium  
 Februarij  
 Ann. Ch. 1664.

Hegira Millesima septuagesima quarta,  
 Lunae Regeb quinta die, de restoratione Pontis  
 Ossekensis, ad quam Machinatoria artis Magister  
 sexaginta diebus requiri dies, mandata data fuerunt.  
 Non exiguus hac uice ob praestitam Tartaris  
 fidem commissus error: decem millibus ad hostium  
 confinia assignata fuerunt hyberna, cum usus esse  
 deberent, et utilitatis, damni potius, et detrimenti  
 fuere, quia dispersi, pars in patriam, pars ad alia  
 secessit loca, nil proderant mandata, quia neque com-  
 paruerunt, neque duo quidem simul unendi, et con-  
 gregandi erant, et dubio procul si Tartari Otoma-  
 nico se coniunxissent Exercitui, negotia magna  
 considerationis persoluta fuissent. Quidam Tarta-  
 rorum dicebant: Quid haec ad me, ego non habeo be-

nus equum, Infideles iaculant, Silopis, si ego hunc equum  
perdidero, quis mihi dabit alium? Verum ubi de rapina  
et tractatu pagorum euerione, generosi sunt, sed  
quando dicitur, ibi et Infidelibus nos opponite, contenti  
nomine, non procedunt: debilis equidem erat Ottomanorum  
exercitus, sed quia exercitus Ottomanicus sunt Exer-  
citus Religionis Islamiticae, Deus Excelsus Islamismum  
declinare non sinet, cum Trinius suum perlustraret exer-  
citum, Tartarum quendam suum Captiuum interro-  
gabat: Quos milites in hoc exercitu esse putas? Tartarq  
repsit, erunt quinquaginta mille: Triniq inquit, hic  
sunt absolute sexaginta mille viri, veniat, si audeat Otto-  
manorum exercitus: subiunxit Tartarq. Modò exercitus  
Othomanicus contra te non progredietur, donec campi re-  
uirescant, modò quod tu vis, effuere poteris, sed quid de statu  
tuo, futuro uere futurum sit, ego uere nescio: sed quae Tri-  
nig bene bene, quid quid futuro uere capiti meo imminetis,  
experiam, sed propinquè ueniat exercitus Ottomanicus, ego  
ditiones meas ubiq succendam, et exuram, et cum exercitus  
Othomanicus eo uenerit, omnia deuasta reperiet. Tri-  
niginta iam circiter diebus Trinius in ditionibus Otto-  
manicis versabatur, de eo quod seminauit, proventus  
futuro colliget uere, propinquè uere, quingis uel de-  
cem circiter dies quiete transiit, sed dispositioni-  
nes nostras facit tante, cum omnes in dispositionibus  
futuri belli, et in tormentorum fusione occupati  
essent, a Maiestate Regis quatuor orbis partium,  
expressus quidam cum literis Augustis ad Supremum  
Vizirium aderat. Literarum hic erat tenor: dilecte  
Zala, seu conuator meq, uidebo te, opusne habes  
corario, opusne habes exercitu, quid quid opus habet,  
mihi significato, hoc anno felici, et miliriam in re-  
gistris notatam, et conscripam assumes, omnis enim  
mandatum missum est, ut ad iter bellicum comparcant

Tibi mittentur tres Beglerbegi cum Praefectis Por-  
 "tae nobilibus, uidebo, quomodo te geres, annum praesentem  
 "sentem felicitate, praecedenti parem futurum existimo. Excelsus Deus  
 "facilius omnia tua negotia.

Verum plebs Constantinopolitana, et scire,  
 "ra Adrianopolitani hinc inde per fora, plateas, &  
 "in officinis, ubi bibitur, huc discurrebant: Trini-  
 "nium hyemali tempore cum exercitu insurrexerunt,  
 "et quot quot à Buda incipiendo usque in Obsek exi-  
 "stunt, arces, et Palankas expugnauisse, et occupa-  
 "uissent: Canisam, Sigethum, Kopan, et Kaposui-  
 "uarinum subiugauisse, multa denique faciebant ver-  
 "ba: sed beneficia Dei Excelsi sunt per plurima,  
 "cui infinitae sunt laudes, quia Infideles undique abro-  
 "niti, et per plerumque recesserunt: praecipue quia tot  
 "mille hominibus Quingis Ecclesiam arces expu-  
 "gnare non poterant, sed inde retrospectando disci-  
 "dere debuerunt. Nunquid hoc prudentia, repugnat:  
 "aspera durante hyeme arces tormentis quasi  
 "solita: in uel extra aggeresne quis subsistere pos-  
 "test: nunquid & Infidelibus sua est anima:  
 "de hoc rerum statu magna orat sane admiratio,  
 "qualis est conceptus, et quam insipida haec audacia.

### Relatio de aduentu Legati Germanorum Viennam

Superius mentio facta, Supremum Viziuium  
 "Buda ex detentione demissio, et in suam patriam  
 "remisso Germanorum Legato, literas à semet ipso  
 "conceptas, ut eas Caesaris Germanorum Supremo  
 "consignaret Praefecto, tradidisse, ad eas literas  
 "die Sexta Luna Schaaban à Supremo Germa-  
 "norum Caesaris Praefecto adlatum est responsum




cuius hic est tenor: Felix, et fortunata Amice, nos  
ster, oblatiis appreciationibus, et salute, significat,  
quod a nobilitate vestra Lateribus Legatus (a sa-  
ris mei Doy's literas vestras attulerit, et ad meas  
consignauerit manus, quarum sensu, rupta, pacis,  
et a uobis incepti belli, et omnium aliorum in-  
conuenientium, quae inde promanant, causas con-  
tinet, admiratione proinde rapimus, cum nos a  
simili iniuriauros esse, et principium turba-  
tionis omnis ex Transyluania, promanauisse, ubi  
toti notum sit, et conspecti, nihil omnia nobis haec  
omnia attribuat, cum hac de causa ad latera,  
vestra, nunc literas, nunc homines transmitterem,  
summamque, et omnimodam diligentiam adhibe-  
remus, ut quae de utriusque partis consensu sparsim  
gebantur, inhiherentibus, et prohiberentur, in quodsi  
tempore illo cum in nostris provinciis status erat  
tranquillus, et pax, et tranquillitas ex utriusque  
parte obseruaretur, demum aliquid in contra-  
rium factum fuerit, ne hoc fieret, etiam ali-  
qua afflicti molestia, contenti fuimus. Vos uero  
supra memoratas sollicitudines nostras non cu-  
rastris, et utriusque partis colloquutiones, quae ad  
effectum accedebant, nos perturbastis, cum uestro  
exercitu hostilitates exhibere incepistis, et con-  
tra nos progressi estis: hoc utique toti saeculo  
mundo, manifestumque illi, et certum est, quod  
diuina punitione infallibiliter, supra cum, qui  
huius exorbitantis causa est, ventura sit. Ce-  
tera negotia, Caesar doming nosse, ibidem, apud  
uos existenti suo Residenti commisit, a quo  
uobis omnia prolixè innotescant, de cetero

augeatur uestra fortuna, ad seruitia paratus. Dux  
 Saganensis. Nulla etiam in his literis erat sententia.  
 Sed omnia Residenti commissa fuerunt: Residentis ut an-  
 tecedenter pacem faciamus, dicebat, sed neq; ille in  
 manibus habebat facultatem. Interea temporis Tran-  
 sylvanice Principis aduenerat Residentis, qui Supremi  
 Viziui exosculatus manu, literas a suo exhibuit Prin-  
 cipi, quibus perlectis perceptum fuit, Transylvanice  
 Principem Germanos Claudioopolim existentes sibi  
 adhaerentes fecisse, et Claudioopolim recuperauisse,  
 et caeteras, quae in Transylvania a Germanis occu-  
 pabantur, arces partim armata manu, partim  
 bonis ad se transisse modis, aiebat. solummodo duas  
 remanere arces, de quibus eorum Capitanei collo-  
 quentur, quin imo res eo progressa, ut de sibi mutuo  
 dandis muneribus, et de conueniendo ad conuiuium  
 tractetur: ita ut, Deo dante, sub felici Imperio Sul-  
 tani in his diebus, etiam seruo Regis sint ad-  
 haerui. Haec sunt nouitates, quas per expressum  
 Princeps Transylvanice transmisit: Supremus  
 Viziuius ea parte sua Principi transmisit vestes,  
 et literas humanitate plenas, cum vestibus, et literis  
 expeditiis unum de nobilibus Corte seruis, quem  
 etiam Princeps omni honorificentia affectis, et de-  
 mum literas a principe retulit, in quibus, quanto  
 sibi glorie ex huius vestis transmissione acciderit,  
 exprimebatur, et Regi, et Supremo Viziuii fausta  
 quaeq; apprecabatur. Opus fuerat maledicti Caesaris  
 homines, qui literas adulerant, expedire; ad adla-  
 tas enim responsum praetendebant: Viziuius Supre-  
 mus igitur, Hegoria millesima, Septuagesima,  
 quarta, vigesima die, Luna, Reges ad Germanos

rum Caesaris Supremum Praefectum huius tenoris  
remisit literas: Mi amice tuas accepi literas quas mi  
scripsisti, intellexi sensum, qui in illis continetur, favente  
Deo Excelsio intra paucum tempus in tuam patriam  
veniemus, et oritur hospites tui, et ibi simul collo-  
quemur: Nostros cursores mittere et remittere haec  
sum est, nosmetipsi vicini si qua intentio nostra est,  
paulo post ad nos venire: de caetero salutes.

...  
...  
...  
...  
...  
...  
...







Diuerty de pace  
fol. 15. 18. 24 et 25  
de Separatione Hungaria a  
Germania. 61. 62. 84





*Trinquet de pace  
fol. 15. 18. 24 et 25  
de Separatione Hungaria a  
Germania. 61. 62. 84*

